

INDEX MATERIARUM ALPHAB.

De **A.**  
 Augmentatione Impij 2.  
 Audi Episcopis Imp. R. 3.  
 Appellat: Criminali 15.  
 Ad ulterio. 18.  
 Ad iudis partis. 20. 21.  
 Auctoritate juris. 22.  
 Amisio feudi ob culpa. 31.  
 Aulicijudicij & Cam. concursus 15.

**B**

conservari **C** et  
 Corruptio Impij Germ. 2.  
 Canonica Reform. 10.  
 concursu aulici et Cam. 15.  
 Conatus <sup>iudicij</sup> Tabor. 7.  
 Criminal. Appellat. 15.  
 Culposa feudi amissio. 31.  
 Contradictio ad iudis partis 20. 21.

De **D**  
 Dotatio. 19.  
 Debitis feudalibus 30.  
 Depredatione 18.

**E**

Episcopis Rom. Imp. 2.  
 Exceptionibus Habm. 14. 27.

**F**

Fiscali sententia. 23.  
 Feudis. 28.  
 Feudalibus debitis. 30.  
 Felonia. 32.  
 Feudi amissio ob culpa 31.

**H.**

Homicidio 18.



De **I. J.**  
 Imperij Germ. conservand, augmentatōe et corrigē. 2.  
 Jure Monetariū. 5.  
 Patronatg. 11.  
 Naturā. vario. 12.  
 Investitū Salmū. 18.  
 Ignorantia. 25.  
 juram. suppletorio. 26.  
 juris autoritate. 22.  
 Invalido Testimonio mulierū. 16.

**L.**  
 Luthecan. Canonicis. 10.  
 Lubricō lingue 18.

**M. F.**  
 Monetarij jure. 5.  
 mulierū testimonio 16

**N.**  
 Jure Natura 12  
 Naturali obligatōe 13.

De **O.**  
 Obstagio Taber. 8.  
 obligatōe nati. 13.

**P.**  
 Præjudicijs Reverdi. 9.  
 Patronatg j. Frizer. 11.  
 Padris adjectis. 20. 21.  
 Padrone patris. 4.

**R.**  
 Ratificatione 24.  
 Revisione ob sumam non appellabilem. 6.  
 Reformat-Litter. Canonicorū statu Laurentij. 10.  
 Replicationibg. 27.

De	S.	No.
Superioritate territoriali.	1.	
status Canoniorum		10.
<sup>Lafemij.</sup> supra Salmits.		18.
sententia contra Fiferi ferenda.		23.
successio feudali.		29.

B. 138.  
H.

	T.	No.
Territoriali jure superioritatis.	1.	
Taber de Conato		8.
obstatio.		9.
Testimonio mulierum invalido.		16.

	V.	No.
Vario jure.		17.

*[Faint, illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or German, covering the right half of the page. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side.]*





N<sup>o</sup>. 1.

DISSERTATIO  
DE  
SUPERIORITATE  
TERRITORIALI,

*Quam*

IN

ILLVSTRI HAC LVDOVICIANA,

SUB

MODERAMINE

VIRI NOBILISSIMI ET CONSVLTISSIMI,

DN. JO. NICOLAI HERTII,

JURIUM LICENTIATI, ET PROFESSORIS  
MERITISSIMI.

ERUDITORUM CENSURÆ PVLICE SUBMITTIT.

*Ad diem 16. Novembr. A. MDCLXXXII.*

JO. CONRADUS FABRICIUS.



GISSÆ HASSORUM,

Literis Academicis KARGERIANIS.

DISSERTATIO  
DE  
SUPERIORITATE  
TERRITORIALI

Quam  
IN  
ILLUSTRISSIMO HAC ACADEMIA



DN. JO. NICOLAI HERTHII  
JURISPRUDENTIAE PROFESSORIS  
7159 A 66

ERUDITORUM CENSURAE TORONAE SUBMITTIT  
Ad diem 16. Novemb. A.MDCCLXXII.

JO. CONRADUS FABRICIUS



ORDINE HANNOVERUM  
Litteris Academicis KAROLINIANIS



ILLUSTRISSIMIS COMITIBVS  
AC DOMINIS,

DN. FRANCISCO MAXIMI-  
LIANO,

DN. JOHANNI GEORGIO,  
DN. HENRICO FRANCISCO,  
DN. GEORGIO ALBERTO,

COMITIBUS ET DOMINIS IN MANSFELD,  
NOBILIBUS DOMINIS IN HELDRUNGEN, SEBURG  
ET SCHRAPLAU. resp. DOMINIS IN DOBERSCHUZ  
NEUHAUS ET ARNSTEIN,

EQVITI AVREI VELLERIS, SACRÆ  
CÆSARÆ MAIEST. CAMERARIIS ET resp. SUMMO PRÆ-  
TORIANI MILITIS CAPITANEO. resp. COLONELLO  
ET CONSILIARIO IMPERIALI  
AVLICO.

DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS.

*Dissertationem hanc  
offert atque consecrat  
Devotissimus*

JO. CONRAD FABRICIUS.



ILLUSTRISSIMIS COMITIBUS  
AC DOMINIS

DN. FRANCISCO MAXIMI  
LIANO,

DN. JOHANNI GEORGIO,  
DN. HENRICO FRANCISCO,  
DN. GEORGIO ALBERTO,

COMITIBUS ET DOMINIS IN MANSFELD,  
NOBILIBUS DOMINIS IN HELDRINGEN, SEIBERG  
ET SCHARNAAL. DOMINIS IN DORSCHAU  
NEUBAU ET ARNSTEIN,

CONRADI AVRELI KELLERIS, SACR. S.  
CAESARIS MAJEST. CAMERARII ET DE SUMMO SACR.  
TORNI MILITIS CAPIT. VERO. COLONIAE  
ET CONSILIARIO IMPERIALI  
SACR. PALATII

DOMINIS VNS GRATIOSISSIMIS

Disertissimo viro

officiis suis honoratissimo

Disertissimo

JO. CONRAD FABRICIUS





J. J.

DE

## SUPERIORITATE TERRITORIALI

### CONSPECTUS.

- D**ifficultas argumenti & propositum.
- §. I. *Difficultas argumenti & propositum.*
- §. II. *Superioritatis territorialis HOMONYMIA, SYNONY-*
- §. III. *DEFINITIO. (MIA.*
- §. IV. *FINIS.*
- §. V. *SUBJECTUM.*
- §. VI. *OBJECTUM, REGALIA, quae majora sunt vel minora.*
- §. VII. *REGALIA MAJORA enumerantur.*
- §. VIII. *Quanam ex his ad superioritatem territorialem pertineant ostenditur, mox per singulas eundo partes disquiritur.*
- §. IX. *De jure circa sacra, cujus multa sunt particulae.*
- §. X. *De jure nobiles creandi.*
- §. XI. *De jure circa munitiones, sive extructas sive extruendas.*
- §. XII. *De jure cudendi nummos.*
- §. XIII. *De jure circa importanda & exportanda.*
- §. XIV. *De jure circa vias publicas.*
- §. XV. *De jure circa cursum publicum.*
- §. XVI. *De jure circa consultationes.*
- §. XVII. *De jure leges ferendi.*
- §. XVIII. *De jure leges abrogandi.*
- §. XIX. XX. *De jure Judiciorum universè, tum quid in illo Electoribus & nonnullis aliis Principibus, quid cæteris competat.*
- §. XXI. *De jure belli & pacis.*
- §. XXII. *De jure exteris militandi.*
- §. XXIII. *De repressaliis.*
- §. XXIV. *De fœderibus. (administratos.*
- §. XXV. *De jure constituendi destituendiq; magistratus, & reliquos.*
- §. XXVI. *De jure mittendi legatos & ut vulgo vocant, Ambassadors.*
- §. XXVII. *De jure legendi & conducendi milites.*
- §. XXVIII. *De jure fisci.*
- §. XXIX. *De jure poenas imponendi & remittendi.*
- §. XXX. *De jure confiscandi.*
- §. XXXI. *REGALIA minora investigantur ex philosophia.*

\*\*\* 2

XXXII. Ex

- §.XXXII. Ex Imperii nostri indole & disquiritur.
- §.XXXIII. De jure circa thesauros.
- §.XXXIV. De jure circa metalli fodinas.
- §.XXXV. De jure circa flumina & fluviaalia accrementa.
- §.XXXVI. De jure venatus.
- §.XXXVII. De jure cibatus.
- §.XXXVIII. De aliis nonnullis novis iuribus.
- §.XXXIX. De jure circa res furtivas aut naufragium passas.
- §.XL. **FORMA CONSTITUENDI Superioritatem territorialem.** Ubi in genere quadam premittuntur.
- §.XLI. Et distinctione inter allodiales & feudales regiones facta dispicitur.
- §.XLII. De prescriptione superioritatis, tum
- §.XLIII. Regalium majorum minorumve.
- §.XLIV. Successione legitimâ & testamentaria.
- §.XLV. Alienatione.
- §.XLVI. Pactis confraternitatum.
- §.XLVII. Firmamentum harum acquisitionum in regionibus feudali-  
bus est investitura.
- §.XLVIII. **FORMA CONSTITUTÆ Superioritatis.** Est par-  
tim summa partim nõ summa. Unde deciduntur quæstiones.
- §.XLIX. Prima, an superioritas territorialis sit vicaria?
- §.L. Altera, an regionum Domini sint Imp. & Imperii subditi?
- §.LI. Tertia, an Imp. cum Principibus & Statibus Imp. in jurisdic-  
tione, ut loquuntur, concurrat? (mittatur?)
- §.LII. Quarta, an majestatis crimen in regionum Dominos com-
- §.LIII. Quinta, an territorialis superioritas sit propria?
- §.LIV. Sexta, an Domini Regionum sint subjecti leg. civilibus
- §.LV. Ex jure constituto fluunt actiones ordinariae.
- §.LVI. Extraordinariae, seu interdicta.
- §.LVII. Probatio.
- §.LVIII. LIX. Modus probandi per presumptiones, instrumenta testes.
- §.LX. **FORMA ACCIDENTALIS.** Existimatio, quã va-  
lent regionum Domini apud Imp.
- §.LXI. Apud externos.
- §.LXII. Inter se.
- §.LXIII. Subjicitur aliquid de dignitate regali.
- §.LXIV. Tituli, quos sibi sumunt Regionum Domini.
- §.LXV. LXVI. LXVII. Quos Imp. quos exteri Reges, quos sibi regionum  
Domini invicem tribuant. §. I. Si



§. I.



I quis objiciat nobis: *Cui non cantatus Hylas?* non equidem diffitebimur, plurimos in hoc argumento se exercuisse; contra illud quoque meminimus inclytum Acad. Juliae Theologum D. Meierum publicè ausum profiteri: *an haëtenus superioritas territorialis à quopiam dignè per partes exposita fuerit, se quidem ignorare.* Quæ *Andr. Knichen* more nonnullorum juris Dd. *consarcinaverit, philosophicum ingenium haud posse satiare.* Quod si huic opponat Ludolphi Hugonis doctissimi Viri & Vice-Cancell: *Hannov. de Statu Regionum* (ita vocat cœtus illos peculiare, loco & territorio inter se discretos, quas non verebimur speciales Res. publ. appellare) *Germania*, laudatissimum scriptum, in eadem Academia publicè expositum, in cujus tertio cap. in genium superioritatis territorialis accuratè inquiritur; dabimus & hoc, quin profecisse nos per illud gaudebimus gloriabimurque. Cæterum videbit, qui aliorum scripta & nostrum contulerit, etiam tum, cum illorum sequimur sententias, nova adjungi argumenta, quibus eas sustentemus, & cum ab aliis abimus, rationes, cur id faciamus, adscribi diligenter: tum certo & naturali ordine singula connecti. Quod si & nobis humani aliquid contigit, ad excusationem valebit integritas propositi, non alicui earum servientis partium, in quas ingenti malo scindimur Germani: mutare etiam paratissimos & pro non scripto habituros esse, si quid, quod non speramus, occurrat, ullius benè fundatis juribus adversum: denique & ipsam argumenti difficultatem, ne ad liquidum perducerentur omnia, non rarò obstitisse. Est certe illud opinionibus Doctorum & naturâ suâ tantis salebris impeditum, ut omninò in difficillimis habeatur. Nam si H. Grotius\* forte non injuriâ questus est: *Viros eruditos quemque ex usu magis rerum presentium, quam ex verò, argumentum de Majestate exsequutos esse; de superioritate territoriali, quæ analogiâ quadam ad Majestatem accedit, viros doctos* passim conqueri multò minus mirabi-

*l. 3. pol. A-rist anal. c. 4 §. 61. add. D. Wicquefort. de l' Ambassa- deur l. 1. c. 4. vers. l' ignoran- ce. \* I. d. I. B. 3 §. 6. \*\* Speidel. voc Jurisd.*

A mur;

Ludolph. Hugo de Stat. Reg. G. c. 3. §. 1. Leyser. *diss. de Amst. jass. Schrift. jass. §. 14. seqq.* mur; quia rerum publicarum quæ non unâ voluntate gubernantur, flexibilis est conditio, & hominum dissensione sæpè pro affectu hinc inde trahuntur. Præcipuè si, ut plarumque accidit, non semel & unô momentô sed lento & fermè insensili gradu in eum statum delapsæ sint. Cognoscitur difficultas ex illustri disputatione, quæ in ipsâ actione Pacis Osnabrugo-Monaster. exorta fuit: cum Cæsareani postulata Ordinum (quæ postmodum in pacis instrumentum art. 8. §. gaudeant recepta sunt) ita temperarent: † ut vicissim jura & prerogativas, quæ Imperatori & Electorali Collegio more ab antiquo recepto (nach dem im Röm. Reich von Alters her üblichem Gebrauch ut verba habent) tantum competunt, exciperent: Contra Ordines, \* & qui cum iis erant præcipua illa jura speciatim sibi recenseri explicarique vellent, & ita pertenderent, ut prudentius videretur Cæsareanis omittere potius, quod dixi, temperamentum, quàm recensum instituere, in ambages & si acrius urgeretur, periculosas disputationes iturum.

§. II.

Vox superioritatis non rarò hodiè ἐν τῷ ἑλληνικῷ de Majestate dicitur. V. 7. Pac. Gall. pr. Verùm potestas, quæ ad Dominos Germaniæ regionum spectat, non simpliciter superioritas, sed cum adjectione quadam deminvente territorialis audit: cujus disciplinæ Italos Magistros nostri habuisse videntur. Iidem Itali cum prudentiam civilem ex LL. Rom. interpretarentur, vocabula meri mixtique imperii & jurisdictionis mirè contorserunt: Nam Bartolus, Tapia, \* & alii confiscationes, occupationes bonorum vacantium, potestatem condendi statuta, vectigalia imponendi & similia ad merum Imperium retulerunt: quo sensu Ferd. Vasquius \*\* Regna & Principatus nihil aliud esse quam merum imperium dixit. Referens apud Klokium † ordinationes & statuta facere esse meri imperii. Meischnerus \* Gylmannus \*\* & alii constitutionem Magistratuum esse partem meri imperii. Vox Jurisdictionis eadem latitudine accepta: Licet aliquando pro concessâ quadam in criminalibus civilibusq; judicandi facultate usurpetur, longè aliâ notione quam apud Romanos, quibus merum imperium potestatem lege datam animadvertendi in reos criminum, quemadmodum jurisdictio potestatem de civilibus causis jus dicendi jure Magistratus competentem denotabant. v. l. 3. de Jurisd. l. 1. cui mandata est jurisd. cum parallelis: quemadmodum

\* ad l. fin. de constit. Princip.

\*\* 1. con-

rov. illust.

4. n. 1. & 2.

IV. c. 1. n. 1.

† rel. 72.

n. 55.

\* T. 2. l. 2.

dec. 2. n. 20

\*\* Symph. T. 1. p. 1. c. 12. Vol. 1. n. 127. add. Knipschil. 2 de C. Imp. s. 5. n. 59. 60.



dum & ipsum Pacis Instr. art. 5. §. 14. usurpat. Quod omninò notandum existimavi, ne aures Romanæ Italorum Nostratiumque doctrinâ in errorem traherentur. Cæterum Superioritas territorialis à nonnullis etiam Majestas analogâ vocatur, de quo infra. Germani nuncupant, die Lands Hohe Obrigkeit / die Lands Herrliche Botmäßigkeit / Ober Herrlichkeit und Gebiet. R. I. Augspurg. An. 1555. §. 40. R. A. 1559. §. 21. add. A. 1548. §. 47. die Herrschaft / (quanquam ea vox aliud pro conditione materiæ interdum significare soleat †) †v. Befold. Explicatius effert Capitul. Leopold. art. 3. Der Fürsten / Prælaten / <sup>voce Herrschaft</sup> Grafen / Herren / Freyen Reichs Ritterschafft Hoheiten / Geist- und <sup>Cothm.</sup> Weltliche Würden / Recht / Berechtigkeitt / Macht und Gewalt. <sup>Conf. Acad</sup> Lands Fürst. Hohe Obrigkeit / quæ Principibus solet attribui, non <sup>39. n. 8.</sup> re sed vocis sono ab aliorum potestate differt. Quando alicubi par- <sup>conf. H.</sup> tes quædam meri imperii (Zent vocant) aliis concessæ sunt, superior <sup>Rosenth.</sup> potestas, die Vogtenliche Obrigkeit cluet. quâ de re pluribus Weh- <sup>c. 2. concl.</sup> ner. <sup>1 n. 4.</sup> Novus author \* Principum potestatem à cæterorum superiori- <sup>\* de Supremo</sup> tate distinguit, & vocabulo suprematus signat, si eâ sint præditi po- <sup>Princip. c.</sup> tentiâ, quæ apud exteros autoritatem conciliare possit: Verum an <sup>11. §. 12.</sup> huic stylo assurrecturus sit usus, dies docebit.

Vox jurisdictionis eadem latitudine accepta) pro summâ potestate vid. Card. Tusc. l. 1. concl. 545. n. 6. Hinc multi jus collectandi ad jurisdictionem retulerunt, apud Bachov. ad Treutl. Vol. 2. D. 8. §. 9. l. a.

Licet aliquando pro concessâ quadam in criminibus civilibusque judicandi facultate usurpetur) Hoc sensu rectè Mevius p. 3. Dec. 101. n. 11. pronunciavit jurisdictionem nihil commune habere cum Regalibus.

Quod probè notandum existimavi) crebri hac in parte lapsus. Adferamus exempla aliquot, quibus moniti plura notabimus. Quando in Jure Rom. legitur: Magistratus merum imperium mandare non posse; Principes Germaniæ excipiunt Treutlerus, Paurmeisterus, & quod miror, ipse Rufius ad l. 1. §. quacunque de offic. ejus cui mandat. est jurisd. num. 6. Rursus quando in Jure Rom. dicitur tutelæ dationem jurisdictionis extraordinariæ esse, multi hoc mutatum ajunt, quia ad Principes & Comites hodiè spectet V. Gener. D. ab Eyben in observ. ad Inst. p. 82. Atqui Principes in Germanico Imperio non habent merum imperium, non jurisdictionem, eo scil. modo quo Romani magistratus, cur igitur sub regula non comprehensi excipiuntur? V. Bachov. vol. 1. ad Treutl. D. 3. §. 6. l. 9.

Cæterum superioritas territorialis nonnullis etiam Majestas analogâ audit) hinc titulus Majestatis explicandus, quo nonnullos Principes fuisse usos deprehendo,

§. III.

Superioritas territorialis est facultas ordinandi regionem, liberè & proprio nomine competens, quat. majori Reipubl. non est adstricta. Cujus definitionis partes in ipso disputationis contextu explicabuntur.

§. IV.

Quis superioritatis finis sit, ex indole Germanicæ Gentis, quæ libertatis semper cupida tota nunquam servitutem pati potuit, colligendum videtur, & sanè multi adhuc imperantium suam pariter & subditorum felicitatem ex æquo quærunt. Contra tamen videmus, sive exemplo vicinorum, sive lentâ assuetudine, sive alias ob causas familiaria imperia in quibus dominantium salus & felicitas primariò quæritur, in regionibus non paucis invaluisse. B. Lutherus in scripto, quo Principes & Nobilitatem commonefacit, apud Sleida-  
 \*l. 5. ad A. num. \* *Is hodiè inquit est rerum status, ut hunc vestrum Dominatum homines nec possint, nec velint, neque sanè debeant ferre diutius. Mox Nullus est expilationum modus: quæ sane res diuturna esse qui potest? H.*  
 1525.  
 \*\*l. 4. Hist. Grotius, \*\* postquam narraverat Annam Oldenburgicam filii Ed- Belgic. ad A. 1595. fardi nomine præfuisse, civiliter usam principatu jam crescente, addit: *non ut Principes Germania solent.* Familiaria autem cum dicimus imperia, non vitium aut labem regiminis, sed diversitatem à civilibus notamus; nam principatus etiam heriles legitimi esse & cum populi consensione avito jure niti possunt, quales recensentur ab Arist. in secunda Regnorum classe.

Sive exemplo vicinorum) pleraque regna, quæ olim libertate floruerunt, ad Dominatus vergunt.

§. V.

Regionum Domini vocantur *lands Herr/ Erb Herr/* \* Prin-  
 \* P. D. Fritsch. Fritsch. *lands Fürsten.* Fœminis superioritatem territorialem com- *supplem. Besold.* petere posse mendosè negat Mingius: cum experientia abunde testetur, Principatus & Comitatus inveniri, qui fœminas admittant ad successionem. Non dicam de Abbatissis, in quibus hoc probat Pontifex *e. indemnitatibus 43. de Elect. in 6.* nec de Tutricibus, quæ tutorio nomine regiones administrant.

§. VI.

Objectum sunt jura superioritatis, quæ Regalia appellari tractatitium est. *v. R. I. August. 1548. §. pen. & al.* Vox Regalium seu Regalium

galiarum non demum post Henricum V, uti Lehmannus † arbitrat<sup>†2. Chr.</sup> tur, invaluit, sed jam diu ante in diplomatis sæpè reperitur, & pri<sup>Sp. 35.</sup> mùm quidem imperatorii fisci jura plarumque significavit, sed deinceps Itatorum credo auspiciis ad omnia jura, quibus Reges pollent, producta & ab ipsis pariter Germanisque territorii juribus applicata fuit. Unde non difficulter intelligitur, de quo alias tricari solent \* Sixtin. de Dd. superioritatem territorialem distingui à Regalibus tanquam totum, ut in scholis loquimur, potestativum seu universale à suis partibus, quæ licet toti naturaliter innexa sint, quorsum pertinet Brocardicum: \* Concesso territorio universali, concessa existimari omnia Regalia, & qui territorium habet, habere Regalia. Conferi tamen potest, ut quemadmodum facultates quædam ab anima ita unum vel alterum regale à superioritate divellatur, quorsum referas alterum brocardicum: \*\* Possè quem habere Regalia, etsi superioritatem territorialem non habeat. Quod quoties evenit (evenire autem sæpius alibi prolixius, & in hac ipsa disputatione non semel demonstratur) res publica transit in formam irregularem, & regalia à superioritate divulsa alterique attributa jura singularia mallems appellare. Cæterùm Regalia Germ. Herrlichkeit dicuntur, † licet aliquando ea vox strictiorem interpretationem accipiat & de regalibus minoribus exaudiatur.

†2. Chr. Sp. 35.  
Sixtin. de Regal. 1. n. 18.  
Reink. 1. 4. 16. n. 47. add.  
Nobil. D. Eyben, El. 10. c. 9.  
\*\* Reink. d. l. Klock. cons. 134. num. 24.  
Knipsch. C. Imp. c. 3. §. 4.  
Mevius ad I L l. 1. r. 1. art. 11. n. 20. seqq.  
† Illustr. D. Eyben. d. l. §. 7. Sixtin. d. l. n. 19. §. 5. n. 105.  
Wehner. voc. Herrlichkeit.

Jura superioritatis quo regalia appellari solent (titulum est) Errat Sixtinus, superioritatis jura & regalia idem significare negans 1 de Regal. 1. n. 18. Reinking. 1 de R. S. & E. 4. 16. 44.

Vox hæc non demum post Henricum V. uti Lehmannus arbitrat<sup>†2. Chr.</sup> tur, invaluit) Regalium nomen recentius non legimus in Chronic. vet. inquit Vadianus l. 1. de Monast. p. 20. Sed huic sententiæ revincendæ sufficiunt Autores à Nob. D. Eybenio c. 10. El §. 8. producti. add. du Fresne glossar. hac voce.

Concesso territorio Universali &c.) Huc pertinet quod bene Klockius cons. 9. num. 2. notat. Obwohln solchem nach das jus super. etwas mehrers und grössers ist/ als jus regalium, so ist doch dieses alles dermassen bey Chur- und Fürsten Teutscher Nation vermischt/ daß gemeintlich beyde für eins gehalten/ auch daß gemeinem Gebrauch nach das jus regalium dem jenigen/ so die Lands Obrigkeit hat/ beygemessen werden.

Ab ipsis pariter Germanisque territorii juribus) De regalibus extant integri tract. Boceri, Gorhofredi de Jehna, Sixtini, D. ab Einsidel & aliorum.

Superioritatem distingui à regalibus tanquam totum) Superiorita-

tem & regalia nonnisi vocis sono differre ait D. Tabor *de metall* c. 6. §. 5. & 7. minus accuratè

Licet aliquando ea vox de regalibus minoribus exaudiatur) Ita intelligendus Paurmeist. 1. *de Jurisd.* 4. §. 10. qui haud quaquam concedit, in investituris voce *Herrlichkeit* regalia venire.

§. VII.

Regalium nota est partitio in majora & minora. Hanc sine causa rejiciunt Bocer\* & alii: cum ipsa experientia commonstret partes Reip. alias majore sive vi pollere, sive splendore enitescere, alias v. magis adjuncta ad commodiorem lautiolemque vitæ usum, quam civilem vim & auctoritatem conciliare. Suppositò hoc fundamento, ulterius obscurum esse non potest, quid majorum sit regalium, si per singulas Reipubl. partes oculos circumferamus. Nam quæ eminent in subjecto Reip. sunt religio & existimatio; in objecto munimenta Regionis, nummi, rerum copia, & defectus; in formâ essentiali consilia, imperia, & judicia; in forma accidentali bellum, pax, fœdera, in causa effectrice Ministri Reip. & instrumenta cætera, ærarium, pœnæ denique & præmia. Hinc ordine se excipiunt jus circa religionem, existimationem civium, munimenta regionis, nummos seu rem nummariam, importanda vel exportanda, consilia, imperia, leges, judicia, bellum, pacem, fœdera, constitutionem Consiliariorum, Magistratum, Judicum, missionem & receptionem legatorum, militiam, ærarium, pœnas denique (quo referas etiam jus bona ob delicta fisco applicandi) & præmia. Addendum hic obiter, recensum regalium in constitutione Frider. II. 2. F. 56. ad regnum Germanorum in Italia, quod Longobardicum vocatur, pertinuisse, & proinde Germaniæ, ne dicam cæteris regnis, minus accuratè & contra civilis disciplinæ scita à multis applicari. Certe in Germania falsissimum est, quod H. Vultejus † asserit, nonnisi Cæsari regalia competere.

\* c. 2. de re gal. n. 3. 4. Bœcler. ad H. G. l. 1. c. 3 p. 221. † de Fend. §. n. 6.

Jus circa religionem) ad Regalia majora communiter referunt, V. Mevius p. 2. Dec. 305 n. 3.

Jus circa existimationem civium) hinc jus nobilitandi regalibus majoribus accenteretur à Sixtin. 1. *de regal.* 2. n. 23. seqq. Fritz. *de nobil.* §. 4. Vult. 1. *de Fend.* §. n. 7. Reink. 1. 4. 13. num. 39.

Missionem & receptionem legatorum) injuriam & errorem esse dicit Mevius l. 1. *ad Jus Lubec.* r. 1. art. 10. n. 37. si quis legationem inter summa regalia recenseat. Idque probat ex r. t. D. & C. *de legat.* argumento non digno tanti viri eruditione,

Adden-

Addendum hic obiter recensum regalium in 2.F.56.) legendus omnino Sigonius l.VII Hist.Ital. ad A.973. & l.XII ad A.1157. ubi memorat, Fridericum de regni jure constituendo retulisse, ejusque rei cognitionem Bononiensibus JCrts atque aliis ex Lombardia adjunctis commisisse, ab his judicatum esse: Italiam Imperatori, jure à Carolo M. tradito, regalia universa debere. Quo facto ArchiEpiscopum & COSS. Mediolanenses partum in civitates imperium atque Episcopos Principes & Civitates regalia omnia dimisisse: Hæc vero fuisse: Ducatus, Marchias, Comitatus, Consulatus, Moneras, telonea, fodra, portus, pedarica, molendina, piscarias, omnem utilitatem ex decursu fluminis proficiscentem, & terrarum priorumque capitum census, add. Otton. Frising. Gunther. l.8. Ligur. Radevic. l.2. de reb gest. Frid. c.5. Non omnia regalia in dicto titulo enarrari tradunt multi V. Gryph. de insul. c.11. §.59. conf. D. Ziegler. l.1. de I. M. c.3. §.23. seqq.

A multis applicari in primis heic sudat Sixtin. l.1. c.1. n.23. seqq.

§. IIX.

Unde dignosci possit, regalia majora ad speciales Germ. Respubl. pertinere, non adeo liquidum est, & sæpè admodum ob diversitatem principiorum eadem jura ab his ad commune imperium, ab aliis ad speciales Respubl. tracta. Plærique in ore habent brocardicum circa initia Sec. XIV, ut videtur, in Italiã natum\*: *Tantum posse Principes & Comites in suis territoriis, quantum Imperator in Imperio.* Seu: *Principes & Comites eodem jure gaudere in suis Principatibus & Comitatus, quo Imper. in Imperio.* Sed hoc, velut ambigüè & nimis vagè didum non sine causa aliis\*\* displicuit: nam primùm non constat, de veteri an nova Imperatorum potestate loquatur; deinde Imperator legibus fundamentalibus est adstrictus, maxima autem pars Principum & Comitum nullas à subditis suis leges accipiunt; postremùm aliqua à specialibus Rebus publicis exerceri possunt, quæ commune Imperium nihil attinent. Hinc quidam ad subditos restringunt, alii aliter interpretantur. Sunt qui hanc regulam ponunt: † *Statibus unicuiq; in suo territorio nihil non ex iis licere, si non abdicatum aut lege publica ademptum aut imperio submissum fuerit.* Enim verò hîc præsupponitur, Status quondam liberos communi aliquatenus imperio sponte se supposuisse: ab dico enim vel submitto quod ante meum erat, id verò, si origo harum Respubl. consideretur, probari non potest: nam alibi latè probatum est, superioritatem territorialem sensim provenisse variis ex causis, Imperatorum, Ordinum aliquando & aliorum facto. Quare, nisi fallor, omnium rectissimè à qualitate

\*V. Myler. c.14. de Princip. imperii §.8.

\*\* Carpz.

ad L. R.

sect. 3. Min

gius de sup.

ter. n.54.

Klok. vol.

3. conf. 102.

n.198. seq.

† Mevius

p.1. Dec.

102. n.7.

tate & schemate jurium ducemus argumentum. Ita scil. ut ista jura, quæ publicam universorum utilitatem & securitatem tangunt, adeoq; à junctis totius corporis viribus aut consiliis longè felicius faciliusvè tractantur & expediuntur, ad communem Rempubl. quæ verò aliter se habent, ad speciales Respubl. pertinere existimentur, nisi lex aut major conjectura alio trahat. Cum enim partes sint propter totum, prius utique videndum, quid ferat usus majoris Reipublicæ: Μέρος μὲν ἴδ' εἶνεκεν ὅλης, καὶ ἔχ' ὅλον εἶνεκεν μέρους καὶ περιζήτου inquit Plato. Ut autē constet, quæ jura universæ magis compagis quàm singularum regionum utilitatem concernant, non parum juvabit, exempla succenturiasse ex Achaicis Rebuspubl., ut quæ non nisi maturò consiliò Reip. jura confociant. Sed age singula superioritatis jura speculemur, & quidem juxta situm Reipubl. partium.

l. X. de LL.

Sed hoc velut ambiguè & nimis vagè) ejusdem scil. farinae, cujus est illud Canonistarum. Episcopum tantum posse in suâ diœcesi quantum Papa in tota Ecclesia. Vid. plur. Nob. D. Eyben. in Diss. de brocard. Tantum potest Princeps in suo &c.

§. IX.

\*v. Tabor de Regim. Imp. Eccl. §. 18. Strauch de statut. à summ. Princ. §. 36

Jus circa sacra, quod Episcopale multi\* minus accuratè appellant, in regno Francorum & Germanico primùm apud Reges fuit: cum deinceps Romani Pontifices regnum quoddam sacrorum sibi extructum irent, non quidem Ecclesiastici regiminis omnia à communi Germaniæ imperio avulsa sunt, Prophanos etiam Ordines nonnulla sibi sumpsisse argumento est vetus illud & tritum verbum: Principes & Comites esse Papas in suo territorio: cujus veritatem insigniter probat, quod Arnolphus (qui aliis Arnoldus appellatur) Bavarix Dux jus constituendi Episcopos ab Henrico Aucupe obtinuit: Idem etiam post transactionem inter Calixtum Pontif. & Henricum V. de investiturâ laicâ initam sibi sumpsit Henricus Leo.\* Per multa tamen in communi imperio Papam Romanum, in Principatibus & Comitibus Episcopos potuisse certum est, Nam & Fridericus Imp. plenissimam Clericorum tam in civilibus quam criminalibus causis exemptionem imperatoria autoritate jam Sec. XII. stabiliverat.

\*v L. Hugo c. 3. §. 24.

\*\* R. I. 1541 1552. 1558 Blum. tit. 28. §. 5. seqq.

auth. statuimus C. de Episc. & cler. Superiori autem seculo, cum à Romanâ Ecclesiâ Protestantes; ut vocantur, Status dissiderent, neque aliter quies reddi posset, primùm condictis non semel induciis\*\* mox, sancita in comitiis Augustanis pace, data ipforum religioni libertas

bertas, jus Ecclesiæ Romanæ suspensum, atque adeo juxta normam istius religionis, jus omne circa sacra affirmatum est. Quam pacem cum multis modis violatam, atque inter alia scriptis oppugnatam quererentur Protestantes, *Instr. Pac. art. 5. & 7.* multa apertius definita, quæ antea dubitationem aut errorem apta erant parere. In specialibus igitur Germaniæ Rebus publicis difformis est sacrorum conditio: Nam quæ Romanæ religionis instituta servant, Ecclesiasticæ jurisdictionis magnam partem Episcopis relinquunt, quanquam de nonnullis rebus adhuc dubitetur, ecclesiasticæ an profanæ conditionis. Contra quibus Augustana professio placet, sive à Luthero, sive, quod diu disputatum pace demum Westphalicâ confedit, à Calvino aut repurgatâ doctrinâ nomen habens, curam sacrorum omnem sibi vindicant. Planè ut in Helvetia pacto constitutum, ne causa religionis cuiquam fraudi esset, & quidam Pagi ex Romanâ reliqui ex renovata religione sacra procurant. Ad Respubl. Augustanæ professioni addictas, pertinet vulg. verbum: † *Cujus est regio, ejus est religio.* quod ceu nefandum damnat D. Mevius, \* sed rectè intellectum nihil continet insani: quippe diligenter separanda religio, ab eo quod religioni extrinsecus adhibetur, seu œconomia religionis interna ab externâ: illam nullo modo humanæ voluntatis arbitrio subesse facile conceditur, sed religionem dirigere ad *ἐπιτηδεύειν* & *ἐπιτηδεύειν* *ἀντιπροσώπων*, & quidem auxiliis, neque natura suâ neque DEI voluntate malis, inter civiles curas dignissima semper est habita. Benè Augustinus: *In hoc Reges, sicut eis divinitus præcipitur, DEO serviunt, in quantum Reges sunt, si in Regno suo bona jubeant mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ pertinent ad divinam religionem.* alibi dicit: *Felices Reges, si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum potestati ejus famulam faciant.* Rursus alibi: *Serviant Reges terra Christo, leges ferendo pro Christo.* Plura hoc loco dicere supervacuum puto, cum apud Protestantes confessum sit, sacrorum regimen sub potestate civili contineri, atque adeò superioritati territoriali insertum esse. Unde porrò sequitur.

Primò, illud non tantum ad Principes aut Comites, sed & imperiales Civitates Nobilitatemque liberam pertinere *J. P. art. 5. §. 10. & 11.* Simul etiam patet, dominium in re feudali directum seu superius, merum imperium, \* jus Patronatus, & similia, jus circa sacra non tri-

buere *J.P.d.l. §. 14.* Quamquam novum non sit, eos etiam qui superioritate territoriali destituuntur, sive subditi sint, sive exteri, quemadmodum alia jura ita jus circa sacra vel in totum vel ex parte quæsitum habere. V. Mevius † & D. Muller in consult. utrum cognitio rerum Ecclesiasticarum semper sit penes jura territorii habentem.

† Mev. p. 2.  
Dec. 305.

Secundò, Dominos territoriorum habere jus novandi religionem tùm suam, tùm suorum subditorum. Quæ tamen facultas Instrumento pacis imposterum coarctata est: Nam si Catholicus Archiepiscopus, Episcopus, Prelatus, aut Augustana Confessione addictus solus, aut una cum Capitularibus seu singulis seu universis aut etiam Ecclesiastici religionem imposterum mutarint, excidant illi statim suo jure honore tamen famaq; illibatis, fructusq; & redditus citra moram & exceptionem cedant, Capituloq; aut, cui id de jure competit, integrum sit, aliam personam religioni ei ad quam beneficium istud pertinet additam eligere aut postulare, relictis tamen Archiepiscopo, Episcopo, Prelato &c. fructibus & redditibus interim perceptis & consumptis. Verba sunt Instr. Pac. art. V. §. 3. Reservatum, uti nuncupatur, Ecclesiasticum stabilitentia; De cujus robore per integrum ferè seculum, & in hac ipsa pacis actione graviter disceptatum fuerat. Historiam ex Actis Imperii Comitiorum diligenter & in compendio exposuit Vir Clar. Obrecht. *Diss. de Reservato Eccles. add. A. Histor. de Pace Westphalica.\**

\* l. 2. c. 69.  
l. 3. c. 1. 29.  
96.

\*\* Disput.  
Cam. 8. §.  
16. conf.  
Dilling.  
Compos.  
pac. quest.  
40. n. 107

Profani autem Proceres non solum citra honoris dignitatisve, sed & superioritatis territorialis jacturam diversam ex permissis religionem amplecti possunt. Quod etiam *Rec. Imp. de A. 1555. §. 5. & 16.* confirmat. Nam quod Ostermannus\*\* hoc de Statibus intelligit, qui transactionis tempore Augustanæ confessioni addicti fuerunt, ne contra voluntatem ab ea revocarentur, id frivolum est, nec verbo dignum. Rursus Imperiales Civitates, in quibus utraque religio initio Anni 1624. viguit, omnia reipublicæ officia ex æquo dispensare debent. Quæri hoc loco potest: An Princeps antigrapho, seu literis, quas vocant, reversalibus certæ religioni se adstringere possit? Negat D. Becmannus, † quia actus conscientia liberrimè haberi, nullique rei externæ alligari cupiat, quod argumentum dubito ab omnibus sit approbaturus; nam si Principatum sub conditione, ne religionem mutet Princeps, deferre non est vetitum, non video quî promissum frustrans nolente populo principatum sibi retinere possit. Neque verò hæctenus probatum est, tantam esse conscientia libertatem, ut

† Pol. paral.  
c. 17. §. 12

omni-





omninò adstringi possit. Interim cum *Instr. Pac. art. 17. vers. contra hanc* omnes renunciationes sive præteriti sive futuri temporis irritas fieri jubeat, in hypothesi negantem sententiam amplectemur. add. tamen *7. P. art. 7. init.* Porrò ratione subditorum cautum est, ut religionem, uti qualibet vicesimi quarti anni parte habuerunt, impofterum habeant, nec abitus imperari, nec ulla vel ipsis vel ipsorum bonis eo nomine molestia inferri possit: Sin vero post annum vicesimum quartum alia religio inducta fuerit, eam Domino regionis movere quidem fas sit, sed placidis rationibus, ut conscientiis nulla vis fiat, nec diversæ religionis subditi vetentur vel privatim meditationibus sacris vacare, vel apud externos divino cultui adesse, inprophanis autem rebus cum cæteris civibus eodem planè loco habeantur; denique sive spontè sive jussi patriæ solum vertant, bona sua vel alienare, vel retenta per alios administrare possint. Ab hac lege post longam contentionem Austriacæ ditiones exceptæ sunt, Svedorum operâ, si verum est, quod Traudmansdorfius Cæsaris legatus tanquam arcanum Protestantibus renudabat, \* hunc se consensum ab ipsis DCM. thaleris redemisse.

Tertiò, jus ferendi lèges Ecclesiasticas: quod experientia testatur. Ita Camera Imperialis A. 1560. 3. Octobr. statutum Juliacense, quod bona immobilia in clericos transferri prohibuerat, approbavit. \*\*

Quartò jus Consistoria Ecclesiastica ordinandi, quod in controversiam adductum à Dilling. Jureconsultis *I. P. d. l. §. 12.* stabilivit. Ad de sententias Cameræ Imperialis congestas à Norimbergio. †

Quintò, jus constituendi Ministros sacrorum. Apud Christianos primorum temporum, uti nulla res majoris momenti peracta fuit inconsultâ multitudine, ita certum est, ministros Ecclesiæ cleri & populi suffragio per tria ferme secula lectos fuisse: donec Christianæ religioni aggregati Reges, ut mala in multitudine regnantia, ambitum scilicet, honorum prensationes, factionesque excluderent, hoc jus ad se traxerunt, nam jus divinum hac in parte nihil definivit: quod si verò non de jure sed de optimo electionis modo quærat: mirum quam multa sunt, quæ in omnem partem probaliter dici possint. *Da mihi* inquit Grotius \*\* *Cyprianum* & qui eo avo vixerunt, nihil erit à populari electione metuendum. *Da Patres Nicenos, libenter Episcopis electionem addicam. Da Theodosios, da Valentinianos, da Carolos M. nullum erit à regiâ electione peri-*

\* v. A. de pac. Westphal. l. 5.

c 29. & 30

\*\* v. Klok.

de contrib. c 12. n. 89

† de jur.

const. §.

39. seq.

\* Blondell.

de jure ple-

bis in re-

gim Eccles.

M. Anth. de

dominis

Klok. conf.

§ 1. ab init.

& alii.

\*\* c. 10. de

jur. summ.

potest. §. 31.

culum. At nos in face Ecclesie vivimus, & cum omnia rectè sunt circumspecta, nihil est quod incommodo vacet. Itaq; nihil hic quidquam perpetuum præscribi potest: Si tamen aliquid consilii hac in parte dandum est, non displicet mihi Justinianeorum temporum ratio, ne plebi invita pastor obtrudatur, & simul salvo summis potestatibus jure reseindendi electiones, si quid forte in Ecclesia aut Reipubl. pernitiem erratum sit. Quo jure non Francos tantum Reges, sed & veteres Rom. Imperatores sapissimè usos facillimum probatu est. Nostrorum Theologo-

† conf. 51.  
n. 108. seq.

rum judicia. vide apud Klokium. † Cæterum, cum non Principes tantum in locis publicis, sed privati etiam in suis fundis templa pii officii causa construerent, & amplissimis redditibus dotarent, vicissim æquum fuit visum, ut aliquid juris inde retinerent, velut exercitiæ pietatis monumentum. Inde jus patronatus, uti vulgò vocant, fluxit, cujus vi privati etiam homines habent jus nominandi & offe-

\* c. h. Alem.  
85. & seq.

rendi personas, quas alter, cui summa divinarum rerum curatio incumbit, ad functiones Ecclesie cooptet. Jus hoc confirmatum est

\*\* c. 2. conf.  
Ison. de

à Justiniano Imp. in Nov. 57. c. 2. N. 67. c. 2. N. 123. c. 18. in Regno Francorum à Carolo M. Ludovico pio & aliis. Conferatur Goldast.

mirac. S.  
Oihm. c. 5

in Chart. Alem. \* & Ratpertus de cas. monast. 5. Gall. \*\* ubi refert, Waltrammum quendam monasterium S. Galli hæreditario jure

† Disp. de  
jure patron

possedisse. De Ecclesiis quæ inter hæredes dividuntur vid. cap. 5.

& in polit.  
Eccl. p. 2.

tit. 25. addit. Ludov. 3. tit. 25. & nunc in Germaniæ Rebus publicis, tam Romanæ quam Augustanæ confessioni addictis passim & merito viget, quicquid contra ejus usum in orthodoxis Ecclesiis disputet Gisb. Voëtius † conf. 7. P. art. 5. §. 12. Cæterum Patronorum jus

T. 3. tract. 2  
c. 3. conf.

tanquam derogans summæ potestati, strictius interpretatur, nam si indigni aut inhabiles nominentur, rejici jure possunt. Quare etiam verior est sententia; \* Patronum Augustanæ confessioni deditum, suæ religionis hominem Ecclesie Romanæ exhibere seu (ut vulgo loquuntur) præsentare non posse, & retrò. Sed nec Jurisdictionem in Ministros clientes habent, nec deponere possunt.

H. Grot.  
de jur. sum.

Sextò, jus easdem personas removendi. Multi in Episcopos id rejectum eunt, & Civili, Canonico, Saxonicoque jure ita constitutum esse D. Carpzov. \*\* docet. Sed contra verum est, naturaliter civili potestati adhærescere, cum religio ad suum finem componi non possit, nisi personæ religioni famulantes ob pravos affectus, à quibus privilegio quodam immunes illos esse nusquã apparet, coërceri

potest. c.  
ult.

\* V. D.  
Maurit.

p. 2. conf. 1.  
num. 85.

Myler. c.  
88. n. 23.

\*\* l. 3. l. P.  
Conf. def.

110. n. 10

ceri

ceri possent. Illud facile concedam, prudenter agere Rectores rerum publicarum, si iudicium huius rei, certo coetui committant, atque inde suam voluntatem suspendant, ne temere latae adversus *συνέργους* *Dei* DEI munifices (quo elogio ministros sacrorum Paulus ornat *1. ad Cor. III. 9.*) sententiae possint coargui: Idque moris fuisse in Rom. Imp. è *Nov. 42. praefat.* colligitur, nec dissimilia de specialibus <sup>\* de Regim. Imp Eccles. sect. 2. §. 5.</sup> Germ. Rebus publ. observat D. Tabor. \* conf. Joach. Vadian. † <sup>† l. 1. de Monast. p 10.</sup> ubi *de Regibus Francorum differit.* Verum haec professio jus non tollit imperantium, sed declarat voluntatem.

Principes & Comites esse Papas in suo territorio) jam ann. 1508. in edicto publico usurpavit Joh. Dux Clivensis, Comes Marcae apud D. Felzman. *de jure in re & ad rem c. 28. §. 11.*

Arnolphus Bavariae Dux, jus constituendi Episcopos ab Henrico Aucupe obtinuit) verba Stadenfis sunt ad A. 920. *Arnulpho Duci Bavaria concessit, ut Pontifices Bavaria sua potestati in dignitatum concessionibus subjacerent.* Adde alia exempla, apud Hortlederum. *l. 5. de Caus. B. G. c. 15. & seq.* De Ducibus Pomeraniae, quod Episcopum Caminensem, Capitulares & Praelatos Pomeraniae nominaverit semper. v. Math. Steph. *l. 3. de jurisd. p. 6. c. 9. num. 9.* Ne in Hassia Synodi (den *Sendt* vocabant) agerentur, Electori Moguntino Henricus Hassiae Landgravius extorsit A. 1277. Chron. Frankenb. ad d. A.

Atque adeo jus omne circa sacra affirmatum est) alii malunt non datum sed redintegratum dicere. Atqui ante Hierarchiam Papalem jus sacrorum non penes singulos Ordinum sed universum Imperium fuit, si pauca exempla excipias.

Inter civiles curas dignissima semper est habita) etiam Aristoteli *η ωει τὸ θεῖον ἀπὸ μάλιστα VII. Pol. 8.* Idem Arist. *3. Pol. 10. 11.* bene economiam religionis internam ab extranea distinxit, quando Reges temporum Heroicorum ait dominos seu moderatores fuisse, tum rei bellicae, tum sacrificiorum seu sacrorum, exceptis iis, quae ad sacerdotalem functionem attrinerent.

Quamquam de nonnullis rebus adhuc dubitetur, Ecclesiasticae &c.) v. g. de relaxatione juramenti. V. Myler *de Princ. Imp. c. 44. §. 3. 4.* de possessione juris Patronatus & decimarum V. Struv. *Ex. 9. §. 57.* aliam controversiam V. ap. Klok. *conf. 10 n. 176. seq.*

Quo jure non Francos tantum Reges saepissime usos) *Episcopi contradicentibus Clericis & populo non ordinantur, est in Capit. 1. tit. 84. l. 72. 73.*

In Regno Francico à Carolo M.) *Capit. l. 5. c. 188. Si laicus idoneum utilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occasione ab Episcopo repellatur.*

Sive sponte sive jussi patriae solum vertant) jussi ex fontica causa, qualis non est sola religio. Ira Instr. Pac. interpretantur Knipsch. *l. 2. de Civ. Imp.*

Imp. c. 3. num. 164. seq. Burgold. p. 7. D. 15. num. 1. seqq. Alii interpretationem malunt ad comitia rejicere.

§. X.

*\* de Nobil. conclus. 7* Jus Nobiles creandi, ad Dominos regionum referunt multi, quos adducit Frizius: \*allegantur etiam exempla. Sed ex altera parte verum est, hanc potestatem in territoriis Ordinum non interrupto ordine exercuisse Imperatorem. Hinc in constitutione quadam apud Goldastum \*\*nominantur Satores & Statores nobilitatis, Pfänger und Handhaber des Adels. Et sanè ne Germaniæ Nobilitas vilesceret, à manu, quæ autoritate quadam præcipuâ emereret, conferri rationis erat. add. art. 46. Capit. Ferd. III. Neque sic tamen privilegiis aut benè fundatæ consuetudini quidquam detrahimus. Quale quidè privilegiū Archiduces Austriæ in suis terris habent, & Megapolitani Ducatus consuetudinem esse quidam retulerunt. De Palatino Comite ita Freherus: † *Ejus hæc eximia facultas, non solum nobiles sed etiam Comites creandi ab antiquo præscripta & diversis actibus comprobata citra controversiam est. Unde potestas illa dandi insignia, Plebejos nobilitandi, spurios legitimandi, etiam in titulares & imaginarios illos Comites Palatinos derivata originem habere videtur.* Cæterum si quos Imperator Nobiles facit, superioritati territoriali nihil decedit, quam in rem notari merentur verba Capit. Leopold. art. 44. Soll auch durch eines oder anderen unter Chur-Fürsten und Ständen des Reichs geseßenen und begüterten zu höheren Stands Erhebung / dem *iuri territoriali* nicht nachtheilig seyn / und die Ihm zugehörige / und in solchen Landen gelegene Güter / einen als den andern Weg unter voriger Lands Fürstl. *Jurisdiction* verbleiben.

§. XI.

*\* V. Const. à Freher. edit. cum Comment. & Goldast tom. un. Censt. ad d. A. \*\* V. Dd. ad l. opus novum de oper. publ. & in cap.* Munitionum & arcium tutela proprio quodam jure ad Dominos regionum respicit: nam milites præfidiarios non in Cæsaris aut Imperii sed suam fidem adigunt; deinde *intra ipsorum ditiones, nec nova exstruere munimenta nec vetera præfidiis firmare publico nomine licet, nisi de libero omnium Ordinum Imperii suffragio & voluntate;* ut est in 7. P. art. 8. Sed & jam olim in Comitibus Norimbergensibus A. 1295. Adolphus Imp. statuit: \* *Nulli licitum esse munitionem erigere de novo in Comitatu alicujus Comitis nisi petita ejus licentiâ & obtentâ:* in Speculo veteri Suevico est, ohn des Landrichters Brlaub / c. 234. von vesten Bauen & cap. seq. add. Spec. Sax. l. 3. c. 66. ut adeo in Imperio nostro inanis sit quæstio, vexatissima alias inter Dd. \*\* An liceat cuique



que in suo solo proprio extruere castrum, aut castrum dirutum re-  
 dificare? Quod si aliquando majoris conditionis subditi, puta Comi-  
 tes, Barones, Nobiles, oppida, uti non infrequens est, arces aut pro-  
 pugnacula tenent, non ideo jus superius penes territorii Dominum  
 esse desinit, sed illi portas aperire & praesidia in casu necessitatis acci-  
 pere tenentur, unde jus aperturæ, die *Öffnungs-Berechtigung*/jus  
 collocandi praesidia *Stätt und Bestunae zu besetzen*/ad superiorita-  
 tem territorialem hoc aspectu rectè refertur. † licet separata jura  
 nonnunquam esse possint, si ab alia Republ. tanquam servitutes de-  
 beantur. De quo alioquin inter Electorem Moguntinum & El. Pa-  
 latinum, ob vicum & arcem *Neuen Wamberg*/A. 1668. graviter dis-  
 putatum fuit. \* Illud hic quaeritur: An novæ munitiones sine Im-  
 peratoris consensu excitari possint. Subsistit Stamlerus, † ut tamen  
 in negantem sententiam propendere videatur, affert exempla, quibus  
 addo: Ludovicum Bavarum An. 1328. Burggravio Norimbergensi  
 munimentorum in diversis locis constructionem concessisse apud  
 Limnæum, \*\* & Gothofrido Chiniacensi Anno 1322. permisisse, ut  
 intra fines imperii arcem conderet. apud Nicol. Burgundum. † Si-  
 gismundum Imp. A. 1417. matura cum Principibus Comitibus nobi-  
 libus & fidelibus habita deliberatione sententiam tulisse, ut omnia  
 nova opera & munitiones, tam ab Adolpho, Duce Montense, Mulhemi  
 & Monhemi ex unâ, quam ab Archi Episcopo Coloniensi, ab alterâ parte  
 ad *Wisselingam, Tuitium & Ruilam* constructa aedificia ac propugnacu-  
 la funditus sine ullâ morâ & recusatione deicerentur, etsi Comes antea  
 proposuisset; *Mulhemium & Monhemium* ex antiquâ & paternâ here-  
 ditate ad se pervenisse, utrumq; locum à parentibus & majoribus suis in-  
 clusum, munitum, & immunitate donatum, & in suo territorio situm esse,  
 & proinde sperare atq; existimare, quod ibi exstructum atque aedificatum  
 esset, nec ad cujusquam pertinere damnum & injuriam eoque ad ejus de-  
 molitionem minimè teneri, sed potius equum esse, ut patrimonii sui jus  
 integrum sibi relinquatur. Uti hæc omnia habentur in Constit. apud  
 Goldast. \* Sed non desunt contraria exempla, quibus nixi D. Frit-  
 schius, \*\* Myhlerus, † alii in longè alia discedunt: Nos nihil temere  
 definimus, si tamen consilio locus est, suaderemus, ut munitiones in  
 finibus maximè extructuri Cæsaris consensu opportunè se muniant;  
 ne pacti vel consuetudinis violatæ aut æmulatus convicti cum pudore  
 & damno ex aedificata demoliri cogantur. Si audimus *Specul. Saxo-*  
 nic.

*Pisanis de restit. spo- liat.*

† *Fritsch. de Iure a- pertura. c. 2. Myler. c. 88.*

\* *V. Diari Europ. app. cont. XVI.*

† *de reseru. Imp. §. 64*

\*\* *Tom. I. add. l. 5. c. 7 n. 129. add. Goldast.*

*tom. un. ad d. A.*

† *I. Histor. Bavar. ad d. A.*

\* *Tom. un. ad d. Ann.*

\*\* *de jur. fortal. c. 9 §. 15. seq.*

† *de Princ. Imp. c. 77 §. 3*

nic. l. 3. art. 66. §. 2. Germaniæ consuetudo fuit: *ut non licuerit castrum forum seu villam forensam, nisi unum milliare ab alio distet, construere.*

\* Tom. 1.  
Act. publ.

Adde acta de Utenhemio apud Londorpium. \*

Licet separata nonnunquam jura esse possint ) exempla habet Knichen de sup. territ. c. 4. num. 622. gaudet hoc jure in multis locis El. Palatinus. Apud Lehmann. l. 5. c. 113. Eques de Lichtenstein cedit Spirenſibus jus aperturæ in arce Kropfsberg.

§. XII.

Jus cudendi monetam sub Regno Francorum Merovingico jam alios præter Regem habuisse exemplo urbis Spirenſis & Monasterii Weisenbergensis Dagoberti apud Lehmannum \* discimus. Sub Carolino Regno ad solos Reges spectasse, vel inde colligitur, quod ex edicto Caroli M. nullibi præterquam in Palatio Regis nummos percutere fas fuerit. l. 3. Capit. tit. 13. Capit. leg. Salic. tit. 3. §. 11. Sed Ottonum liberalitate, cum pluribus Episcopis inde & cum Ducibus communicatum fuit. Urbibus serius id datum, & quidem partim à Principibus, partim à Cæsaribus. Carolus IV. A. 1339. Electoribus ad Rhenum etiam aureos cudere novo exemplo concessit. add. A. B. c. 10. §. 1. Cum verò certi tantum Ordines, qui *Münſtände / Münſherrn / Münſgenossen* vocantur, facultatem cudendi monetam habeant, reliqui, licet oppido pauci, non habeant, inferunt nostri non vi superioritatis territorialis, sed ex privilegio aut immemoriali præſcriptione competere. R. I. passim, Capit. Leop. art. 34. Cæterum ob tantam facientium multitudinem non potuit non Germaniæ res nummaria vehementer laborare, & jam anno 1500. Maximilianus I. conquestus est, multos hoc jure abuti & parum observare, quæ in Comitibus Fridbergensibus per aliquot articulos fuerant sancita. Quamobrem placuit, ut rei nummarie ordinandæ certus constitueretur dies. Verum in Comitibus A. 1524. 28. 30. 32. 41. 48. 51. nullum ea in re aut certè non magnum operæ pretium factum: donec A. 1559. sub Ferdinando II. edita constitutio, quæ in Comitibus A. 66. 70. & seqq. aucta nonnullis partibus, & confirmata fuit. Leges sunt istiusmodi.

\* l. 3. Chr.  
Sp. c. 12.

1. Qui jus cudendæ monetæ habet, ne ad quæstum abutatur R. I. 1570. §. 132.

2. Materia pura sive auri sive argenti sumatur R. I. A. 1500. tit. 21. int. neque temere adæratio permittatur: R. I. 1570. §. 57.

3. Qui

3. Qui nummos majores fregerint, ut ex illis minores conficerent, accuratè per circulos plectantur. *R. A. 1594. §. 57.*

4. Æstimatio respondeat materiæ, sic tamen ut in minutioribus nummis (*ringern Münsorten*) sumptus imputare liceat. *R. A. 1551. §. 46.\**

5. Valor semel positus ne mutetur, neque à privatis excedatur. *Ord. Ferdin. §. 66. 67.* *\* add. Sixt. cin. 2. de regal. c. 7.*

6. Qui falsam monetam privata autoritate cuderint, vel dolosè expenderint vivicõburio puniatur. *Ord. Crim. art; III. add. Sixtinus. §. 89.* *\*\* de Reg. d. l. Mcv.*

7. Qui radunt, circumcidunt, lavant nummos, morte vel pro circumstantiarum ratione aliter plectantur. *Vid. d. Ord. Crim. & Ord. Ferd. §. 161. seq.* *p. 3. Dec. 267*

8. Nemo domi suæ nummos cudat, sed in iconiis, qui numerum quinarium in singulis circulis non excedant, ad id destinatis: à qua tamen lege excipiuntur eæ regiones, quæ proprias fodinas habent. *R. I. A. 1570. §. 133. 1571. §. 27. A. 1594. §. 102.*

9. Quibus jus cudendi monetam sive ex concessione sive ex alio titulo competit, eò quidem, sed intra præscriptum modum, utantur, neque aliis vendant, elocent, aut cedant, nisi quadraginta auri puri libras pendere, jure suo privari, denique ipso jure præscripti esse malint. Cujus proscriptionis executio singulis circulis demandata sit. *R. I. A. 1557. §. 46. Ord. Ferdin. §. 86. 87. 88. A. 1566. §. 165. A. 1594. §. 110.* Conductores multam 10. Marcarum pendant. *dicti R. add. Carpzovium\* & Bachovium. †*

10. Monetarii non solùm à Domino, qui eos conduxit, sed & à Circulo in leges nummarias jurato, & cum cautione accipiantur. *Rec. A. 1570. §. 136. A. 94. §. 110.* *\* §. Resp. r8  
† p. 2. disp. 32. § 8.  
lit. E.*

11. Eadem in nummorum Examinatoribus [*Wardeln* ab æstimatione vocant leges publicæ, Ponderatores & Zygotatas jus Justinianicum] observentur. Præterea verò hi censuras suas Fiscali transmittere debent, quibus ille ad instruendum judicium utatur. *R. I. 1566. §. 158. A. 70. §. 136.*

12. Conventus, qui in legitimam nummorum bonitatem diligenter inquirent, per circulos quotannis duo Cal. Maji & Octobr. habeantur: in his omnia huic adversa prohibeantur, negligentes per circulos vicino Cæsari nominentur, ab eoque suspensione aliisque remediis ad officium compellantur, & conventibus docimasticis frequen-

ter interesse periculo juris sui monetalis jubeantur. *Ord. Ferd. §. 158. R. A. 1570. §. 157. seq. A. 76. §. 69.*

13. Si unus vel alter circulus officium suum negligant, vicini circuli, tanquam delegati Cæsaris, nummos cufos ad suam notionem trahant. *R. A. 1570. §. 139.*

14. Electores quatuor Rhenani cum Imperatoris Commissariis in mercatibus Francofurtensibus, ne quid ullo pacto contra leges nummarias committatur, adjumento Senatus oppidani provideant, argentum infectum & omnem pecuniam reprobam occupent. Idem Saxo & Brandeb. in suis emporiis faciant. Cæsari quoque in propriis & imperii Civitatibus eadem res curæ sit. *R. A. 1570. §. 147. seqq.*

Leges has summa sapientia & consilio latas esse nemo negabit, *\* d. l. n. 96.* verum sine moribus parum profecerunt. Sixtinus *\** observavit, nullum extare exemplum ejus, qui jure suo exciderit ob peccata, quibus hanc pœnam tam seriò interminantur leges. *Novimus quosdam*

*† l. 3. de ord Germaniæ Principes inquit Loccenius † à malignis aruscatoribus ita fuisse exhaustos, ut alienâ quadrâ imò misericordia illorum, qui eos expilarant, vivere cogerentur. Isti prædones argentarii, paupere fisco se tantum ditantes, haud uno apud exteros loco ex permutatis nummis ponderosioribus & melioribus recudebant longè leviores ac viliores, & pro pecunia lutum atque rauduscula reddebant: unde commercia turbabantur, multorum facultates accidebantur, egeni premebantur & miscebantur suspiria, mina motusq; plebis. Sanè quod crediderim, antea mbulo erat bellorum civilium & tot mutationum in Germania subsecutarum. Quin & initiò illorum bellorum, valor boni qui supererat nummi immensum excrescebat, unde nata postmodum infelix quaestio, quæ scholas & fora diu exercuit: ad quod tempus contractus, celebrati an dissolvendi, nummi intereà mutati aestimatio exigi debeat? Sed quis omnia mala enumeret, quæ facundissimè integro libro profecutus est Vir prud. & Patriæ amans Tobias Oelhafen. *\***

Evenit scil. nobis, quod de fœderato Belgio memoriæ prodidit Grotius. *† Inter civilia, inquit, mala erat, quod nummi pretium immenso auctu jaetabatur, & singulæ nationes jus signandi in prædam verterant* (nam ex lege Unionis Ultrajectinæ singulæ quidem provinciæ nummos cudere possunt, sic tamen ut eandem monetam vel probent omnes vel improbent, & de cœtero legibus, quas universæ tulerint, convenienter agant. *art. 12.*) *quæ equo modo & Gentium commerciis reddere*

*\* De rei monetaria in Germ. Statu hodierno. † l. 4. Hist. Belg. ad A. 1595*



reddere quibusdam animus fuit: Sed è contiguo serpentis licentia, etiam qui vetuerant, succubere. Manentque argumenta non satis certa societatis, melior adversus hostem quam inter se consensus. Itaque in invalido legum auxilio regionum Dominis incumbit, ut nummos ad modum in legibus publicis statutum revocent, & ne quid damni suæ Reipublicæ infligatur, sedulò prospiciant. v. R. A. 1566. §. 166. R. A. 1594. §. 104.

Sub Carolino Regno ad solos Reges spectasse) supersunt quidem nummi per Episcopos cusi cum imagine Caroli M. fortasse tamen in memoriam tanti Regis id factum est diu post. Uti conjectat H. Conring. de re numm. §. 40.

Ottonum liberalitate cum pluribus Episcopis) & monasteriis. V. Charta Ottonis A. 973. apud Strangefol. l. 2. ann. Westph. p. 210.

Carolus IV. etiam aureos cudere novo exemplo) Jam ante tamen à Ludovico Imp. Bertholdum Comitem de Henneberg. auctoritatem auream monetam faciendi impetrasse notat Chron. Slavic. Anonymi ad A. 1340. In literis Hildolphi præpositi S. Michaëlis in Antverpia datis A. 1124. aureum nummum Antverpensis monetæ & ponderis video memorari ait Hadrian. Vales. notit. Galliar. voce Andoverpum.

Werdein ab æstimatione vocant) huic Werduonia, æstimatio pretii in leg. Ripuar. l. 2. tit. 33.

Ut nummos ad modum in leg. statutum revocent) id olim speciali privilegio tributum. V. Lehmann. l. 5. Chr. Spir. c. 19.

§. XIII.

Cura importandorum vel exportandorum non est in mero imperantium arbitrio. Nam primùm facilè aut citra fonticam causam commercia cum vicinis prohiberi fas non est, alias pœnalibus Imper. <sup>\* c. 5. concl.</sup> Camera decretis locus fit, quorum multa extant apud Rosenthalium <sup>21. n. 3.</sup> & Klokium <sup>\*\*</sup> add. R. 7. 1555. §. 14. Neque id mirum, cum in <sup>\*\* c. 1. de</sup> gentium societate, laxissimâ utique ad illa, sine quibus vita commo- <sup>contrib. n.</sup> dè duci nequit, comparanda jus esse asserat H. Grotius. † Secundò <sup>351. c. 29.</sup> certæ quædam merces ad externos transferri non debent, puta aurum <sup>num. 990.</sup> vel argentum sive factum sive infectum. A. 1559. §. 166. R. I. A. 1570. n. 841. c. 48 <sup>Conf. 10.</sup> §. 142. R. I. A. 1571. §. 12. R. I. A. 1576. §. 76. Lana R. A. 1548. t. 21. §. 3. <sup>per tot.</sup> R. I. A. 1555. §. 136. (quod postea temperatum, & circulis relictum, ut <sup>conf. 37.</sup> quoniam hoc commercii genus uniformem constitutionem non pa- <sup>† 2. de l. B.</sup> tiatur, unusquisque ex usu suæ regionis statueret. R. A. 1559. §. 81. <sup>2. §. 19.</sup> R. I. Francof. An. 1577. tit. 22.) Coria d. Rec. Francof. Ann. 1577. tit. 22. §. 3. Sed quomodo hæc observentur, experientia loquitur.



Tertiò, quoniam jus stapulæ (vulgo *Staffel-Berechtigkeit*) seu jus fistendi merces, ut vel inspiciantur vectigalium causa vel venum exponantur (quo aspectu jus Germani *Eranen-Berechtigkeit* vocatur) commerciorum usum non parum restringit, neque nisi ad paucorum incrementum, etiam in magno imperio, pertinere potest; ratio exigit, ut illius concessio majori Reipubl. reservaretur. Hinc videmus Spiram, Moguntiam, Coloniam Agripp. ad Rhenum, Trevirim ad Mosellam, Ratisbonam, Ignolstadium & Passavium ad Danubium, Bremam ad Visurgim, Magdeburgum & Hamburgum ad Albim, Francofurtum ad Oderam, eo jure donasse Cæsares, aliisque qui id propria autoritate sibi sumpserant mandatis sine clausula obviasse. v. Sixtin. †

\*Speidel.  
voc. Staf-  
felgerech-  
tigkeit.  
Limn. l. 2.  
c. 9 n. 731.  
seqq.  
† de Regal. 3  
n. 40. 41

\*de reserv.  
§. 62 n. 9  
Limn. l. 4  
I. P. c. 8  
n. 302 &  
in addit.  
Struv. Ex-  
erc. 50.  
§. 81  
† in app.  
part. 1 orig.  
palatin.  
\* 12. Ann.  
Westph.  
p. 210  
\*\* ad An.  
948.  
† pag. 150  
p. 156

Quartò cum mercatus solennes (vulgo *Messen*) in tem-  
pus & loca oportuna collocari rationis sit, haud visum fuit è republ.  
illarum institutionem regionum Dominis permittere, ne promiscuo  
usu mercatura turbaretur. Hinc nundinas Francofurtenses, Argen-  
toratenses, Lipsienses, Naumburgenses privilegiis Cæsarum videmus  
decoratas. Quæ rationes cum cessent in nundinis minus solemnibus,  
vulgo *Jahrmärkte* (nam de illis quæ per singulas hebdomadas re-  
deunt, nullum est dubium) eas à Dominis regionum institui posse,  
experientia suffragante contra Stamlerum asseremus, utut olim Cæ-  
sares hoc jus largiti sint. ita A. 965. Otto M. in quadam villa Wezin-  
loch in Comitatu Conradi Comitis mercatum publicum fieri con-  
cessit, in præcepto quod exhibet Freherus. † Otto II. A. 974. fori  
(i.e. nundinarum) privilegium Werden & Ludingshusen dedit apud  
Stangefolium. \* add. Chron. Laurish. \*\* & Privilegia Bremensia. †

Experientia suffragante asserere non dubitamus) In Hassiâ superiori  
Fridericum Barbarossam oppido Grombergo jus Nundinarum ad diem  
S. Galli concessisse scimus, cæteras, puto, omnes Sereniss. Landgravii in-  
stituerunt.

§. XIV.

Importandis & exportandis inserviunt viæ & cursus publici. Jus  
circa vias competit regionum Dominis: nam & prohibere possunt,  
ne quis vel clam vel invito ipsis intret, utut temerè transitum dene-  
gare haud possint. v. R. A. 1548. §. 20. & iudicata Camerae Imp. apud  
Rosenthalium. \* Deinde commeatus dant sæpe non gratis. Unde  
jus conductus inter jura superioritatis seu regalia refertur: licet ni-  
hil vetet in alieno territorio sive ex pacto sive ex consuetudine exer-  
ceri, quo casu in singulare jus transire supra diximus. v. exempla apud  
Mevium

\* de feud.  
c. 5. concl.  
21  
vulgo das  
Geleit.

Mevium \*\* & Limnæum. † Verum, uti nihil vacat incommodo, vicissim ex neglectu damna, quæ viatoribus prædones aut latrones intulerunt, sarcire tenentur v. R. A. 1559. §. 33. 34. modo spoliatus à via regia non deflexerit, & quod ex dicto Recessu colligit Carpzovius, \* saluum conductum petierit: de quo temperamento tamen alii dubitant. \*\* Judicata Cametæ v. ap. Rosenthalium † add. D. Speidel voce Glett.

§. XV.

Cursus publici curationem partim Imp. partim regionum Domini suscipiunt: nam in tanta multitudine rerum publicarum impossibile erat constantem & perpetuum cursus publici tenorem servari, nisi universalis & superior cura simul moderaretur. Hinc Ordines A. 1570. Maximilianum orarunt, ut providere velit, ne quid damni patiatur res cursoria (das Postwesen) apud Zeiller \* add. R. A. 1641. §. 93. 94. art. 33. Capit. Leopold. Imperatoris vice Comites de Taxis, Bruxellis commorantes, per totum Imperium (exceptis Archiducum Austriæ ditionibus) præfectos constituunt, quibus ea libertas & securitas præstanda est, ut nullâ ratione à quoquam turbentur aut impediuntur. Subesse tamen Reipublicæ, in qua degunt, nec ægre ferre debent, si eos regionum Domini ad æquas officii rationes legibus aut pœnis adigant, aliosve cursores aut tabellarios ipsis quasi à latere collocent. Uti ipse Hornigkianus \*\* docet. Verum hi provinciales, ut ita dicam, cursores seu tabellarii certis legibus circumscribuntur, ne inane fiat imperialium cursorum officium. Uti liquet ex Decreto Senatus Francofurtensis A. 1638. 13. Martii publicato. Den reitenden und gehenden Votten von hier nachher Eßln/ und dero Stätten wird hiermit alles Ernstes auffgelegt und anbefohlen/das sie hinführo/ Inhalts von dero Kayserl. Majest. unsers allergnäd. Kayseris ins H. Reich publicirten Mandats/ nicht allein keine Posthörner führen/ noch die Pferde unterwegs außwechseln oder auff der Straß sich einiger Brieffsamlung unterstehen/ sondern auch keine Maut- und Zollbahre Wahren auffnehmen und forbringen/ insonderheit aber keine verdächtige Brieff wissentlich annehmen. add. Sixtin. † Equidem malè habet nonnullos Ordinum, quod præfectis ab extero constitutis arcana literarum suarum concredere tenentur: eapropter nonnulla monita Capit. Leopold. art. 35. \* inserenda existimabant, sed nihil mutatum fuit.

Magnum est potentiae praesidium, concilium populi posse cogere. Hoc verò à longis temporibus in Germanico Imperio fas fuit regionum Dominis. Approbavit Rudolphus I. nam constitutioni pacis publicae hæc subjecit: Was auch die Fürsten in ihrem Land mit der Land Herren Rache setzen und machen diesen Landfrieden zur Besserunge/das mögen sie wol thun/und damit brechen sie den Landfrieden nicht. conf. Capit. Leopold. art. 3. ubi Cæsar promittit curaturum se, ne sine præscitu Principis Status provinciales conventus agitent. Si renuant Ordines provinciales comparere, à Domino cogi posse, communis est sententia. †

## §. XVII.

Legislatoriam potestatem apud speciales Germ. Respubl. resistere neminem dubitare sinunt, quæ passim typis publicatæ extant constitutiones, & vocantur provinciales. Eas otiosè & parum decorè edictis Prætorum assimilant multi: \* Sed & Reinkingius† manifestè errat, quando Imperatorem pro Majestate sua illis derogare posse affirmat. V. cap. Car. V. art. 4. & reliquas usque ad Leopoldum. Et licet olim ad Adolphi Imper. usque tempora confirmatione aut speciali privilegio opus habuerint, uti probat Besoldus, †† hodiè tamen eâ minimè egere, constans est Dd. traditio. Camera quoque Imp. sec. ipsas, si honestati & rationi congruunt, pronunciare tenentur. v. O. C. p. 1. t. 19. 57. R. I. A. 1654. §. 105. Quæri hic solet, an legibus communibus contraria statuere possint regionum Domini? Negant D. Schüzzius, \* & Referens apud Hagenum † per L. ult. de colleg. l. 3. §. 5. de sepulchr. viol. ubi quæstioni, an municipalis lex rescriptis veterantibus præferri debeat, respondetur. Oportere imperialia statuta suam vim obtinere & in omni loco valere. Et quidem illud facilè conceditur, leges, quæ universum Imperii statum & incolumitatè tangunt, convelli aut aboleri non licere; eas tamen quæ singularum Regionum utilitatem concernunt, etsi mutatio non præsumatur temerè, & ab allegante probanda sit, v. Blum. sent. Cam. †† mutari tamen posse verius est. Equidem ex instituto optimæ Reipublicæ pulchrum erat, uniformes leges in universo Imperio & singulis regionibus vigere; verùm quo minus illam perfectionem assequi semper liceat, non tantùm locorum & hominum, sed & diversa Rerum publicarum conditio facit: quare necessitas subinde postulat,

\* Treutl.  
vol. 1. D. 23  
§. 1. c. alii  
apud Su-  
thold. de  
jurisd. §.  
405

† 1. 5. 6. n.  
181  
†† de libr.  
jur. c. 9  
Stam. de  
serv. l. 3  
c. 8. §. 4

\* Schutz.  
vol. 1. D. 6  
§. 20. tit. 9  
† Hagen.  
de usuris  
c. 7. n. 5

†† Blum.  
sent. Cam.  
n. 292, 519  
912, 948

lat, leges pro temporum & negotiorum usu corrigi, novas ferri aut renovari. Cum autem hoc ipsum commodius à specialibus Rebus-publicis queat expediri, ceu ad quas malorum & commodorum sensus citius pervenit, facile intelligitur, regionum Dominos non tantum jura Romana & Pontificia, quæ multum sæpenumero à moribus nostris dissonant, sed & Recessus Imperii sine majoris Reipublicæ detrimento immutare posse. Quamquam de Recessibus Imperii rectè moneat D. Hugo, \* advertendum esse, quâ mente quipiam in iis statuatur. Sæpe enim libertas diversum statuendi reservatur. ut in præfatione Ordin. Crim. in R. A. 1530. tit. 18. ibi es soll auch nach eines jeden Landes Brauch R. A. 1577. tit. 20. §. fin. R. A. 1577. tit. 15. §. 3. ubi obstagium quidem prohibetur, sed tamen simul additur: Daß wegen Ungleichheit der Lande auch derselben Gebräuche Gewonheit und Sitten eine gemeine Ordnung nicht wohl vorgenommen werden mag. Aliquando verò lex universaliter fertur, antiquatis statutis & consuetudinibus: cujusmodi clausulæ derogatoriæ in Rec. Imperii passim leguntur, R. l. August. 1551. §. 71. & tunc in contrariam partem nihil statui posse facile patet. Addit laudatus Hugo. Licet clausulæ derogatoriæ non semper addantur, ex circumstantiis tamen judicandum esse, quæ mens sit constitutionis, & in dubio quidem legem universalem & perpetuam censer. Ad-ducit exemplum ex Constitutionibus Imperii, non nisi quincunces seu quinq; in aureos certum usurarum nomine approbantibus: quas Imperialis Camera hætenus sequitur, ut quidquid definitum modum excedit, penitus damnet. Conf. D. Stammium † & Blumium. †† Quamquam Recessus Imperii de A. 1654. satis declaret, quemadmodum hæc intelligenda sint; nam in futurum semisses usuras damnat, de præterito relinquit earum modum pacto. Sed hoc obiter. Patet ex his, superioritatis territorialis compotes jus ferendi leges habere, sed quid de aliis dicendum? Hic à multis leges Romanæ afferri solent. Nam ex l. 9. ff. de j. & j. Dd. \* eliciunt, quemlibet Magistratum jus statuta condendi habere. Uumquemque, qui habet jurisdictionem, liberè posse statuta condere, quæ à superiore confirmari non sit opus, quorsum etiam adducunt legem 37. de reb. author. judic. poss. l. fin. de decret. ab ord. fac. l. 21. §. fin. & l. municip. qua de municipiis loquuntur. Verùm incongruè; cum d. l. 9. non de quovis populo, sed tali, qui summam potestatem habet, intelligenda

\* c. 3. §. 22

† de serv. pers. l. 1. tit. 5. c. 2. §. 11

†† sens. Cam. n. 10

33, 144, 301

321, 382

615, 648

725, 888

897, 988

\* Bart. ad d. l. 9. Pa-

normit. in c. qua in Eccles. X.

de constit. n. 6. & 7

Coler. de proc. Exec. c. 1. c. 3 n. 12



telligenda sit, cæteræ verò, quæ legum municipalium mentionem faciunt, neque necessariò inferant municipia Romana ex sua voluntate leges tulisse, neque, si inferrent, idem alibi, aut in Germania obtinere debere evincant. Illud miror, D. Carpzovium \* *ex l. ult. C. de jurisd. omn. jud. §. l. 2. §. fin. C. de constit. pec.* concludere: Collegia opificum approbata puta fabrorum, sutorum, pistorum, &c. de rebus ad suam artem spectantibus statuta specialia, etiam contra civitatis statuta generalia, inter se posse facere, ut confirmatione superioris non indigeant. nam *l. ult. de jurisd. omn. judic.* de militibus in album seu catalogum descriptis (qui statuti dicebantur *v. l. 2. C. de Castrens.*) *d. l. 2.* verò non de constitutionibus sed de constituto, quo quis pro alio se soluturum constituit, loquitur, atque ita in utraque lege ambiguo vocis erratum est. Verum quid Romani suis indulserint, aliè inquirent. In specialibus Germaniæ Rebus publicis plerumque obtinet; ut urbes provinciales, universitates & alia collegia statuta sibi condant, sed cum inquisitione à superiore roboranda. Est tamen ubi ex suo arbitrio eam potestatem exercent. Quod si est, (neq, enim præsumitur) Respubl. hac in parte paulum fit irregularis.

Legislatoriam potestatem apud speciales Germ. resp. residere &c) Gloss. ad *l. 2. C. de Offic. Pras. Orient.* Imperii Principes in suis territoriis legem condunt, & omnem habent jurisdictionem. Regionum Dominos jam sec. XIV. leges tulisse exemplo Ducis Brabaatini probat Doctiss. Conringius *de orig. jur. Germ. c. 28.*

Universitates & alii collegia) De decretis, & Recessibus Visitatorum Ecclesiæ quid habendum sit. v. D. Mevium *p. 2. Dec. 289.*

Quod si est) de Stralsundia id testatur Mevius *quest. pralim. 2. ad jus Lub. num. 46.*

§. XVIII.

Ex jure ferendi leges universales sponte sua fluit, jus eas relaxandi & leges singulares statuendi. Hinc ad superioritatem territorialem vulgo referri solent: gratiam facere legum matrimonia in certis gradibus prohibentium; \* veniam ætatis tribuere; \*\* immunitates largiri † & hujus generis alia.

\* *P. Wefen bec. conf. 23* Carpzov. *l. 2. def. 110.* \*\* *Limn. 2. l. P. 9. n. 149.* Myhl. *c. 63.* † *Klock, de contr. c. 16. n. 12.*

§. XIX.

Paum. *l. 1. de jurisd. c. 20. §. 8, c. 30* Jurisdictio (ita enim nostri vocant jus judiciorum) est propria & patrimonialis \* aliter quam apud Romanos, quorum jurisdictio jure Magistratus, merum imperium speciali legis concessione compete-  
bat,

bat, ut proinde ridendi sint, qui ex legibus istius Reipublicæ juris-  
 dictionis hodiernæ indolem figurant. Huic consequens est: eam à  
 subditis prorogari non posse, nam moris est, ad extrema judicia tran-  
 silientes mandatis pœnalibus retrahi. v. D. Struvium. \*\* Sed & illud  
 à legibus Romanis discrepat, quod Regionum Domini reos crimi-  
 num sibi invicem submittere non teneantur, nisi ex officio urbanita-  
 tis. Qua in re cum fœderato Belgio nostrum Imperium congruit.  
 v. Joh. à Sande. † Quin ne fugitivos quidem in alia regione persequi  
 licet, præterquam si jus sit ex lege aut consuetudine, cujus exempla  
 habet Klokus. \* Electores autem supremo ferme jure tenent: nam ne  
 ab ipsis provocari possit à Carolo IV. A. B. c. 8. & II. constitutum.  
 Privilegium hoc Ecclesiastici El. diu insuper habuerunt, donec A. hu-  
 jus seculi 54 Moguntinus à Ferdinando III. restorationem impetra-  
 vit, si revisorium judicium ordinaret: cui conditioni cum Elector  
 Coloniensis satisfacere non posset, ordinibus provinciæ sumptus de-  
 precantibus, renovationem, quam ab eodem Ferdinando obtinue-  
 rat, omisit: atq; eadem causa fuit, cur Trevirensis illam ne quæsierit  
 quidem. Simile cum El. privilegium habent Archiduces Austriae,  
 Rex Suediæ, si modo summum tribunal commodo in Germania lo-  
 co ordinaverit & idoneas præfecerit personas, quæ absque ulteriori  
 provocatione causarumque avocatione jus administrent. J.P. art. 10.  
 §. deinde. Dux Burgundiæ, Dux Lotharingiæ, Duces Saxonie hoc  
 ipso præ cæteris familiis Electoralibus conditiones meliores, Duces  
 Wurtembergenses quibus certa ratione Sereniss. Hassiæ Landgra-  
 vios addideris, nam summa mille aureos excedente, si litigantes ad  
 revisorium judicium (quod utrique Domui commune est) nulla am-  
 plius appellatio conceditur. Etsi autem, uti dictum, ab his provoca-  
 ri non possit, querela tamen denegatæ justitiæ locum habet. **Wann  
 einem zu recht nicht verhoffen/ oder ihm das kündlich versaget/ oder  
 mit Gefahr verzogen wehre/ ut est in ord. Cam. p. 2. tit. 1. tit. 26. Jung.  
 A. B. d. l. §. 2. An & quærela nullitatis? Est sane & illa, novo licet  
 vocabulo vestita appellatio; cum tamen leges Romanæ sollicitè di-  
 stinguant ab appellatione & Rec. Imp. A. 1654. §. 121. signatè dispo-  
 nat: **Das bey den jenigen Nullitäten welche insanabilem defectum  
 auß der Person der Richter oder Parteyen oder auß den substantiali-  
 bus des Processus nach sich führen/ es bey der disposition gemeiner  
 Rechten verbleibe.** Fortassis ab uno ad aliud non licebit inferre. atq;**

Meischn.  
 rom. l. 1.  
 Dec. 6. n.  
 99  
 \*\* Ex. 4. §.  
 59. Myhl.  
 c. 42 §. 3.  
 § 4  
 † 1. Dec.  
 Fris. 1 Def.  
 6  
 \* conf. 20  
 n. 308. seqq

D ita



<sup>2</sup> p. 2. ad A. ita sentiunt Rumelinus, \* Myhler, Dietericus. \*\* In Saxonia aliud in  
 B. D. 2 §. 15 usu esse post Knichenum memorat Carpzovius. †  
 Mybler in

Addit. A Carolo IV. Constit.) Fridericum I. ArchiEpiscopo Coloniensi, jus in  
 \*\* Diet. ad appellatione & vicem suam, tam in Episcopatu quam supra omnes suffra-  
 A. B. d. t. ganeos Sedi Colon. mandasse memorat Gothofr. Monach. ad A. 1187.  
 † Carpz. tom. 1. Freb.

de privil. Post Knichenum memorat Carpzovius) atque ita revocat sententiam  
 El. Sax. c. 6 p. 1. Const. 20. def. 25. ad L. Reg. c. 9. sect. 7. n. 10. & seq. defensam.  
 §. 68. Disp. §. XX.

Reliquos Ordines quod attinet, distinguendum inter civiles &  
 feud. 6. criminales causas. In criminalibus antiqua Germ. consuetudo ap-  
 quast. 2. pellationes exclusit, optimâ ratione: ne criminum invidia, quæ re-  
 cens calere solet, & ad animadversionem vindicationemque judicum  
 animos perpellere, comperendinatâ re [ut assolet] forensi artificio  
 refrigescat. Jam & territorii Dominus facilius ex usu suæ reipubl.

pœnarum quantitatem, quæ varia est admodum, determinare potest,  
 quod benè exsequitur D. Hugo. \* Unde leges Romanæ in nonnullis  
 delictorum speciebus, aut ubi crimina vel notoriè vel confessione  
 reorum certa sunt, appellationes removerunt. v. l. 16. ff. de appell. l. 6.  
 §. 7. de injust. rupt. & irrit. testam. l. 1. C. de rapt. Virg. l. 6. ad L. Juliam  
 de vi publ. l. 2. C. quor. app. non recip. c. 3 §. si autem de appell. in 6to add.

\*\* præf. 9. Capit. Caroli M. l. 7. c. 129. Totum ferè orbem hanc consuetudinem  
 23 n. 5 recepisse scribit Covarruvias \*\* add. A. Matthæi † de fœderati Bel-  
 † de crim. gii rebusp. Cur ergo mirum, si in Germanico Imperio illa utimur,  
 l. 48 t. 20 & in Cam. Ordin. p. 2. t. 28. confer. R. I. A. 1530. §. 95. approbata est?

c. 4. §. 25 add. Benti- Nec tamen in infinitum patet hæc prohibitio: nam inaudito aut con-  
 vogl. rela- tra juris naturalis rationem condemnato sein unerfordert und uner-  
 tion des hört/ und also nichtiglich oder sonst wider die natürliche Vernunft  
 provinces und Billigkeit wider Ihn procedirt, gehandelt und geurtheilet/ uti  
 unies de la verba habent Ord. Cam. & in causa criminali pecuniariâ, juxta mo-  
 Flandre. p. 1 dum quem jus Camerale expressit, appellatio permittenda est. An au-  
 §. 2. tem de criminalibus causis hæctenus asserta ad Landsassios, qui judi-  
 ciorum sunt compotes, pertineant? quæritur. Carpzovius † & alii

† pr. crim. affirmant. Sed positæ jam rationes diversum suadent, nisi consue-  
 p. 3 q. 139 tudine aut lege provinciali aliud disertè inductum fuerit, nam regio-  
 num. 27. nes Germanicæ magnâ ex parte modicæ sunt, ut protelationis ni-  
 D. Cortrej mia metus cesset, deinde jus statuendi & remittendi pœnas ad ditio-  
 de extrem. nis Dominum plerumque pertinet. Hoc si voluit D. Oldekopius  
 prov. c. 5 n. 9

\* is

<sup>2</sup> c. 3. §. 42.  
43

\*\* præf. 9.  
23 n. 5  
† de crim.  
l. 48 t. 20  
c. 4. §. 25  
add. Benti-  
vogl. rela-  
tion des  
provinces  
unies de la  
Flandre. p. 1  
§. 2.

† pr. crim.  
p. 3 q. 139  
num. 27.  
D. Cortrej  
de extrem.  
prov. c. 5  
n. 9



\*in Carpzovium scribens, putaverim audiendum. In civilibus causis <sup>\*tr de ap. pel in crim.</sup>  
 non licet quidem omissis judiciis intermediis protinus ad judicia  
 suprema provolare v. O.C. p.2.t.1. Capit. Carol.V. art.15. & seqq. Imp. <sup>\*\* 1. obs. 1</sup>  
 Nisi pupilli sint vel alia miserabiles personæ ex l.un. C. quando inter <sup>n. 40</sup>  
 pupill. & vid. [ quod desuetudine inumbratum esse tradunt Gailius, † 2. Dec. 116  
<sup>\*\*</sup> Mevius, † & alii, sed ordinationes aulicæ Ferdin. I. A. 1559. §. Damit <sup>\* de decern.</sup>  
 auch. Matthia A. 1614. tit. 2. §. und weil auch. Ferdinandi III. A. 1654. process. cl. 3.  
 t. 2. und weil auch. tit. 4. §. und weil zum / aliud docent, conferatur <sup>c 12</sup>  
 de praxi in Camera Imperiali Tennagelius \* ] vel lis nondum ccepta <sup>\*\* rubr.</sup>  
 per compromissum partium eò deferatur, v. R. A. 1594. §. 64. cujus <sup>compromiss-</sup>  
 usum quotidianum testatur Denaisius. <sup>\*\*</sup> Vel si quis juratò asseveret <sup>sum n. 3</sup>  
 [ jusjurandum perhorrescentiæ vocant ] vereri se ut ab inferiore ju- <sup>a) Proc.</sup>  
 dice æquam & incorruptâ justitiæ administrationem impetret v. ju- <sup>Cam. c. 37</sup>  
 dicata Cam. ap. D. Blumium, (a) Hugonem (b) Lauterbachium. (c) b) de Stat. <sup>§. 18</sup>  
 Appellare autem concessum est, ubi fors [ sine usuris contra Gailii (d) <sup>reg. Germ.</sup>  
 sententiam ] quadringentorum florenorum summam excesserit, nisi <sup>c. 3. §. 38</sup>  
 privilegio vel quantitas extensa vel lites certæ speciei privilegio ex- <sup>c) de juram</sup>  
 ceptæ fuerint : quæ tamen privilegia imposterum temperanter im- <sup>per horre-</sup>  
 pertienda esse, ne supremorum judiciorum autoritas minuatur, <sup>§. 11</sup>  
 constituit. R. A. 1654. §. 116. Quod si vero intra istam summam fors <sup>d) 1. obs. 123</sup>  
 constiterit, appellatio quidem præclusa est, sed tamen revisionem aut <sup>add. Mev.</sup>  
 transmissionem actorum adhuc postulare permittitur. Rec. Ann. <sup>p 6. Dec.</sup>  
 1654. §. 106. <sup>115</sup>

Intra modum quem jus Camer. præscripsit ) quem ut Judices & Ad- <sup>\*D. Mau-</sup>  
 vocati diligenter observent, cautè monet Gylmannus Dec. Cameral 37. <sup>rit. de jud.</sup>  
 Nisi consuetudine aut lege ) uti ordinatione appellationis Christiani, <sup>Aulic. §. 16</sup>  
 El. Saxoniz. <sup>Mev. p. 3</sup>  
 Non licet quidem omissis judiciis intermediis) id olim privilegio tri- <sup>Dec. 40</sup>  
 butum oportuit, vid. Gryphiand. de Weichb c. 60.

§ XXI.

Jus belli ex legib. Romanis soli Imperatori frustra adstruit Gai- <sup>\* de pac.</sup>  
 lius: † nam post Henricum per ducentos & amplius annos arma civi- <sup>publ. l. 1</sup>  
 lia impune contulisse Ordines certum est: quin & ipsos Imperatores <sup>c. 4. §. 4</sup>  
 hanc licentiam legibus firmasse, si jus impetrari non posset, & præ- <sup>\* ap. Abb.</sup>  
 scripta indictionis solennitas observaretur. Extant literæ pacis Srie- <sup>Uirp. g.</sup>  
 debriess Friderici I. Ann. 1187. \* Philippi An. 1207. \*\* Friderici II. \*\* Goldast <sup>tom 3. Cou-</sup>  
 A. 1230. † Ludovici Bavari, Caroli IV. A. B. tit. 17. §. 1. Maximilianus

*Bit. p. 367*  
*† Goldast.*  
*tom. 1.*  
*Const p. 81.*  
*conf Con-*  
*ring de ori-*  
*gin. jur.*  
*Germ c. 28*  
*§. 27*

autem Imperator rem non modò pudendam Imperio, sed & detri-  
 mentosam animadvertens, ut promiscuæ vim licentiæ destrueret,  
 omne bellorum genus alle Fehd und Verwirrung vetuit (secutus  
 Fridericum III. qui pacem simili modo ad quadriennium sanxerat, v.  
 Goldast. †) indictâ violatæ pacis pœnâ, qui secus fecerit, & simul or-  
 dinatis in istum usum circulis, ut turbatores inuaforesque manu mi-  
 litari promptius cohiberi possent. V. Landfrieden zu Worms Anno  
 1495. Handhabung des Landfriedens *cod. A.* Landfrieden. *A.* 1500.  
 quas multis partibus auctas repetiere Carolus V. v. Landfrieden. *A.*  
 1521. Erklärung des Landfriedens. *A.* 1522. Landfr. *A.* 1548. O. Cr.  
 art. 128. 129. Ferdin. I. *R.* 1555. §. 33. & §. 104. *R. A.* 1557. §. 69. seqq. *R. A.*  
 1559. §. 19. seq. Maximilianus II. *R. A.* 1544. §. 25. seqq. Ord. Cam. p. 2.  
 r. 9. Necessariam fuisse legem, vel Achaicarum Rerumpublicarum  
 exemplo intelligitur: nam inter conditiones Amphictionici fœde-  
 ris fuit \* πέντες τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν ἢ φίλον νομίζεν. De octo Helvetiæ  
 pagorum fœdere Simlerus † *præcipuum*, inquit, caput omnium fœderum  
 est ἐξ ἀλληλοβοήθειας de mutuo auxilio contra omnem vim injustam, in  
 quo omnia diligentissimè constituta ad justitiam & æquitatem accommo-  
 data sunt. Ne enim temerè & levibus de causis suscipiantur bella, ante  
 omnia cautum est, ut in eo Pago cui injuria facta est, primum publico,  
 consilio causa cognoscatur, & si constet de vi & injuria, ut tum demum  
 auxilium postulent. Alterum caput est, de controversiis publicis, quæ  
 inter duos pluresve Pagos oriuntur. Cum enim vix caveri possit, quin  
 aliquando etiam inter socios & confœderatos lites oriuntur, id, quod pro-  
 ximum est, studiosè majores nostri cavere conati sunt, ut cateri legatis  
 missis operam dent, quò controversia omnis amicè aut æquo jure dirima-  
 tur. Deinde judicii forma & ratio singularis ab illis instituta est. Idem  
 Simlerus de publico totius Helvetiæ concilio ita differit: Primum  
 & præcipuum concilii caput belli & pacis arbitrium, idq; in plerisque  
 fœderibus sancitum est, ut si alicui pago gravis injuria illata sit, quam  
 bello persequendam censeat, de eâ prius ad Senatum confœderatorum re-  
 ferat, ut illi statuant, an justa sit belli causa, ne temerè & levibus de  
 causis bella moveantur. Non adè discrepant fœderati Belgii leges:  
 nam in Unionis Ultrajectinæ articulo 9. cautum est: ut non nisi ex com-  
 muni omnium assensu & omnibus pariter probantibus pax bellum aut  
 inducia ineantur. Quæ satis indicant, leges nostras de pace publicâ  
 non strictè sed laxius interpretandas esse. Quod igitur nonnulli †  
 regulam

\* Halicarn  
 l. 4. antiq.  
 Rom.  
 † l. 1. de  
 Helv. p. 153  
 edit. Elze  
 vir.

† Alciar.  
 cons. 132  
 Myhl. c. 61  
 §. 1. Limn.  
 l. 4. c. 8. n.  
 247. Lam-  
 pad. p. 3  
 2. o. n. 9

regulam constituunt, Dominos regionum sive inferendi sive defendendi bellum jus habere, modo justa adsit causa, universè verum non est: nam bella trium sunt generum, civilia, socialia & externa. Civilia Dominis regionum eatenus permessa videntur, ut subditos refractarios & justa negantes armis coërcere possint *R. A. 1526. §. 9. R. A. 1529. §. 14.* quam in rem notabilis quoque est *art. 7. Capit. Leopold.* Massen dann auch Chur. Fürsten und Ständen zugelassen und erlaubt seyn soll / sich nach Verordnung der Reichs Constitutionen bey Ihren hergebrachten und habenden Fürstl. Juribus selbst und mit assistenz der benachbahrten Ständen wider ihre Unterthanen zu manuteniren / und sie zu Gehorsam zu bringen / *add. art. 3. ubi Landfässios non temerè sive in Aulico sive in Camerae judiciis audiendos, sed à limine repellendos esse statuitur.* Socialia bella inter Ordines aut externa cum exteris sigillatim intercedere circulatorum & judiciorum instituta vix permittunt, & scopo harum Rerum publicarum adversatur: idque de bellis ad offendendum comparatis contra dissentientes facilè evincitur, *J. P. art. 17 §. verum tamen* de aliis verò, quæ defensionis causa capeffuntur, etiam planū foret, si rectè omnia & ordine in Imperio procederent, jam verò cum circuli nonnulli benè quidem validi, alii contra imbecilli vix executionibus rerum judicatarum, nedum externæ injuriæ reprimendæ sint pares, ipsi autem conventus lentè, studia æmulatione potentum multò difficilius coëant, quod non paucis experimentis compertum est, \* ipsa necessitas jus porrigit, quod ordinariè apud majorem Rempublicam re- fidere debebat: nam si Præsides provinciarum, non expectato superioris judicio ob præfens periculum ad arma ire possunt, quod demonstrat Grotius, † quanto æquius fuit, hanc facultatem specialibus German. Rebus publicis relinqui. *conf. R. A. 1555. §. 50. §. 64.* Num vero hætenus regionum Domini intra istos fines se continuerint, neque dispicere est ex proposito nostro, neque exempla quem ignorare patiuntur. Cæterum ex jure bellandi jus pacem faciendi definiendum est.

Ipsa necessitas jus porrigit quid ordinariè apud) huc pertinet pronunciarum J Ctis solenne: Dominis regionum arma movere permillum esse, si copia Imperatoris haberi non possit. Heig. *quest. 12. n. 27.* Marh. Steph. *l. 3. de jurisd p. 2. c. 9. n. 8. 9.* Cothm. *vol. 2. resp. 52. num. 370. v. 3. resp. 33. n. 195.* Carpz. *Leg. reg. c. 4. n. 7.*




Juri circa bellum affine est jus exteris militandi, & manus militum adducendi, quod ab antiquis temporibus non tantum regionum Dominis, sed & privatis liberum fuit, & nunc est. *v. R. A. 1570. §. 4. §. Capit. Leop. art. 16.* Enimverò cum hujus licentiæ incommoda animadverterentur, legibus sub gravi pœna sancitum est, ne Germani exteris militantes, bello contra Imperium vel Imperii Ordines interessent, neve copiæ prius conscriberentur aut traducerentur, quam Imper. & præfectis circulatorum significatum, & de innoxio itu redituque satis datum fuerit. *v. R. A. 1495 tit. 14. A. 1541. §. 69. R. Norimb. A. 1542. §. 33. A. 1551. §. 95. & seqq. Rec. 1570. §. 4. seqq. R. A. 1556. §. 39. 40. R. A. 1594. §. 24. seqq.* Neque sic tamen omni periculo defuncti sumus. Metuendum, inquit prudenter Gailius, \* ne Germaniam hujus iniquè jactatæ libertatis [absit omen] aliquando sed serius pœniteat. Contemnuntur quandoque interdicta & mandata Cæsaris, non eo, quo par est, loco habentur. Secretos per Germaniam delectus sub muto seu personato duce Thuanus, † quasi aliud agens, notavit: Optimum quoque virorum robur hac ratione rarò pro patria sæpè contra illam aut illius amicos non absque ludibrio absumi experientia testatur, ut ad eò commodum illud, quod vulgò obtendi solet, ne militare studium hebescat, multò pluribus incommodis pensetur. Et hæc tamen maxima ex parte evitari possent, si Helvetiorum institutum sequeremur, quorum Cantones, ubi ab exteris sollicitantur, primum cognitâ & probatâ belli causa in suâ quisque regione conducendi militis numerum definiunt, dein conductis tribunos imponunt, postremum universos sacramento obligant, redituros quoties Patriæ placuerit. Ita verò ab aliis discreti per fortia facta facile noscuntur, exteri intelligunt quantum ipsis debeant, & si usus tulerit promptè domum revocantur, qui tot vinculis Patriæ sunt obstricti.

Jus exteris militandi & manus militum abducendi) Wilhelmum Ducem Saxoniae Henrico Galliarum Regi quater mille equites & Carolo IX. quinq; Equitum millia adduxisse memorat Casteln. *de ses memoires p. 390.* Dein conductis tribunos imponunt) in fœdere cum Francisco I. Facultatem deligendi Tribunos arbitrari Regum permisit, contra veterem morem. ut notat Simler *l. 1. de Rep. Helvet. p. 268. seqq. edit. Elzevir.* De Batavis Tacitus *IV. Hist. 12. Transmissis illis cohortibus quos veteri instituto nobilissimi populorum regebant.*

\* *1. de P. P. 6. 4. §. 34*

† *Thuan. 1. 24. Hist. ad A. 1560*



§. XXIII.

Species quædam belli aut certè principium aliquando sunt re-  
 pressaliæ. Hæ ab interregni illius magni, quod Fridericum II. exce-  
 pit, temporibus potissimum in usu fuerunt. *In partibus Alemannia,*  
 inquit Henricus Stereon *in Annal.* \* *Consuetudo inoleverat de pigno-*  
*rationibus, in quibus alius pro alio sive innocens pro nocente pragra-*  
*tur.* Cum verò restaurata à Maximiliano I. judicia in locum privatae  
 vindictæ vel licentiæ successerint, ratio publicæ tranquillitatis & or-  
 dinis non videtur amplius admittere, ut Domini regionum invicem  
 tam periculoso juris reparandi remedio utantur, \* quod nec inter  
 fœderatos Belgas nec Helvetios Cantones, si rectè memini, obtinet.  
*Non est singulis concedendum, quod per Magistratum publicè possit fieri,*  
*ne occasio sit majoris tumultus faciendi,* inquit Paulus Jctus. *Et vim*  
*vocant leges, quoties quis id quod deberi sibi putat, non per judicem repo-*  
*scit. l. 17. ad l. ful. de vi privat.* Hinc suppositâ repressaliarum iniquita-  
 te, etiam arresta, quibus aliorum Statuum subditi attinentur, publi-  
 câ lege ad certum modum sunt prohibita. Qua de re insignis ad me-  
 moriam Maximiliani II. constitutio est, in Comitibus Spirensibus A.  
 1570. publicata. Wenn auch die Arresta, wie die Repressalien/ gene-  
 raliter in Rechten verboten/ bevorab da auff angebottene caution  
 judicio sisti & judicatum solvi dieselbige nicht wollen relaxiret wer-  
 den/ welches aber so beschwerlich als thätlich pfanden zu achten:  
 Demnach haben wir der Chur. Fürsten und gemeiner Stadt Stän-  
 de auch der Abgesandten rechtliches gutachten drüber angehört/ und  
 uns mit ihnen verglichen. Seseu/ ordnen und wollen/ daß in solchen  
 Fällen/ da einer dem Reich ohne Mittel unterworffen / durch sich  
 selbst oder die seine/ einem andern dem Reich gleichergestalt ohne  
 Mittel unterworffen / desselben Güter und Unterthanen oder de-  
 ren Güter arrestiren würde / und solcher Arrest auff angebottene  
 gebührliche caution de judicio sisti & judicatum solvi nicht wolle  
 auffgehbt werden/ daß alsdann solcher Arrestirter am Kayserlichen  
 Cammergericht/ auch Mandatum ohne clausul. mit angeheffter La-  
 dung ad docendum se paruisse, vel ad videndum &c. sollen und  
 mögen gebeten und außbracht werden. Huic addendæ constitu-  
 tiones de pignorationibus in O. C. p. 2. t. 22. & 23. Quibus pacem  
 & tranquillitatem inter Status imò majestatem Imperatoris & Impe-  
 rii huc usque conservatam, & Tyrannidi potentiorum adversus in-

\* Conf. Leh  
 man. 5.  
 Chr. Sp. 98  
 \* Coler. p. 1  
 c. 2. n. 183  
 Sixtin. 1. de  
 regal. 2

fr-



† l. 26. Sa. firmiores Status occursum fuisse prudenter observavit Chytræus. †  
*non. ad A.* Atque hæ rationes esse possunt, ut ne regionum Domini repressalia  
 1583  
 \* v. Limn. licet exempla contrarii usus non desint, eaque  
 4. I. P. 8. Jcti nonnulli defendere nitantur, \* sed fundamentis parum firmis.  
 n. 313. & Facilius concedam, adversum externos hoc remedio experiri posse,  
*seq. ubi* ob defectum judiciorum, modò intra debitos fines se contineant:  
*Pruckman.* nam si bellum inde excitetur, imputari debet ei, qui jus sine causa  
 & Minda- negavit, & quomodo illud propulsare possit regionum Dominus,  
 num alleg. paulo ante dictum est: Prudentes tamen Cæsaris judicium prius re-  
 conf. We- quirendum suadent, quam ad repressalias procurratur. Illud adden-  
 senb. conf. dum; à repressaliis differre Jus retorsionis in Germaniâ valdè fre-  
 46. Carpz. quens, quo jura in causis civilibus diversa, retorquet regio, contra  
 p. 4. c. 16 alterius regionis subditos vel cives diverso jure utentes. Exempla  
 def. 4 vide apud. Hahnium, \* add. Struvium. †  
 \* ad tit. quod quisq;

*jur.* Species quædam belli aut certè ) quoddam bellicæ invasionis genus,  
 † Ex. 4. §. apud Heig. p. 2. quest. 12. & Coler. d. l.  
 84 §. XXIV.

Quemadmodum bella ab Henrici IV. ætate, ita fœdera quoque  
 invicem fecisse regionum Dominos abundè probant historia. In-  
 primis de illustrioribus An. 1554. 1366. 1385. 1355. 1387. fœderationi-  
 bus Lehmannum \* legisse compendium laboris fuerit. Ea Impera-  
 \* l. 5. c. 92 torum auspiciis, si excipias quorum vel focii vel authores fuerunt,  
 l. 7. c. 52. 66. 67. 68. torum auspiciis, si excipias quorum vel focii vel authores fuerunt,  
 69. add. l. 5 inita esse haud apparet. Et Carolus IV. illas confœderationes & li-  
 c. 123. l. 7 gas, quas Principes & civitates atque alii super generali pace provin-  
 c. 12. 27 ciarum atque civitatum inter se firmaverant, suæ declarationi spe-  
 31. 46. 47 cialiter reservavit, & in suo vigore manere decrevit, donec aliud de  
 his duxisset ordinandum. A. B. c. 15. §. 2. Cum verò ante detestanda-  
 rum conspirationum conventiculorum & colligationum illicitarum  
 meminerit, eaque reprobet & damnet dubitandum non est, multos  
 ab honesto illo salutis expediendæ proposito deflexisse. Hinc Fri-  
 der. III. in reformatione A. 1441. art. 12. constituit: \*\* Es soll im  
 \*\* Gold. gangen Röm. Reich fürbahin kein Bündnis / Vereinigung / oder  
 Reichs- Bündel. einiae Verschreibung auffgerichtet / auch die alte abgethan werden.  
 † l. 4. c. 8. Enimvero cum hæc lex ne recepta quidem unquam fuerit, ut Limn.  
 n. 16. † docet, successor Maximil. fœdera saltem Imperio detrimentosa  
 damnavit, & sustulit. v. Handhabung des Friedens A. 1495. §. auch  
 sollen wir. Tandem post exempla ambigux æstimationis & longam  
 in

in pacificatione Osnabr. Monast. disceptationem \* Instr. P. 8. §. gau-  
 deant dispositum est: ut ius foedera faciendi, sive inter se, sive cum ex-  
 teris, pro sua cujuscunq; conservatione ac securitate singulis Statibus libe-  
 rum sit, modo ne ejusmodi foedera sint contra Imperatorem & Imperium,  
 pacemq; ejus Publicam, vel hanc cum primis transactionem fiant, salvo  
 per omnia juramento quo quisque Imperatori & imperio obstrictus est.  
 conf. Capit. Leopold. art. 6. & 8. Unde liquet hac in parte Imperium  
 minus adstringi quam ipsum foederatum Belgium, quod art. 10. Unio-  
 nis Ultrajectinae sanxit; ut ne singula provincia confederationem, li-  
 gam, aut unionem cum vicinis aliisq; exteris Principibus aut populis in-  
 eundi propria auctoritate sine omnium foederatorum consensu potestatem  
 habeant. Optandum sane erat, nullum praeter unum illud, quod to-  
 tius Imperii incolumitatem spectat, foedus esse; dein ipsos Ordines  
 sigillatim exterorum societatibus haud egere, quia minus potenti-  
 bus non raro periculosa sunt, atque apud aequales pariunt diffiden-  
 tiam, quam metus & odia concomitantur. Enimvero, cum in tanto  
 numero imperantium, propria potentiâ nixorum, non possit non  
 usu venire, quod de Rep. Rom. prudenter observavit Livius: *Dum  
 unus quisq; ordo cavet, ne alium metuat, metuendum se ultrò efficere, &  
 ita se quemq; extollere, ut alium deprimat.* Foedera cum exteris reme-  
 dii subsidiarii loco omninò habenda sunt. De foederibus subdito-  
 rum, quæ multi pro licitis habent, alibi commodius dispicitur. In-  
 terim v. art. 9. Capit. Leopold.

\* v. A. Hist.  
 Pac. Westp.  
 l. 2. c. 12 c.  
 28. 58. 63  
 c. 9. 53

Foedera invicem vel cum exteris fecisse abundè) P. Jovius l. 32. Hist.  
 de Germ. Regulis scribit: *Eos mutua ope, & sanctissimo libertalis amicitia  
 jure se ipsos ab injuria potentiorum facilè defendisse.* Decantatum est ex Bo-  
 dino Principes Germaniæ cum Regibus Galliæ Philippo V. Carolo V,  
 VI. VII. Ludovico XI. quadraginta septem foedera inivisse.

Quorum ipsi vel focii vel authores) Adolphus Imp. in foedus cum Spi-  
 rensis descendit apud Lehman. l. 5. c. 123. add. l. 7. c. 3. Ludovicus Ba-  
 varus urbibus quibusdam in Wetteraviâ cum Principibus & Comitibus  
 foederum pangendorû licentiam fecit diplomate, quod extat apud Frehe-  
 rum relat. de Wetteravia. Carolus IV. Friedbergæ: nam in obligatione A.  
 1349. habetur. *Auch mögen die vorgeante unsere Bürger sich verbinden  
 und stricken zu den Herrn/und zu den Stättē/und zu wem Jhn das nüt-  
 lich und gut ist.* Maximilianus I. societatis Clypei S. Georgii, quæ mul-  
 tos Principes & urbes in Sueviâ complectebatur, suator fuit. apud Crus.  
 l. 5. ann. Suevic p. 3. c. 1. add. l. 10. c. 8. R. A. 1523. §. 7. A 1529 §. 35

Quia minus potentibus periculosa sunt.) Circumspectionem in foede-  
 ribus exemplo belli, quod inter Principes Brandeb. & Neoburg, ob Duca-

Silvius

E

cus



aus Juliac. & Clivenf. gestum fuit, commendat Guido Bentivoglius Card.  
peculiari relatione.

## §. XXV.

Jus constituendi destituendique magistratus, Consiliarios, Ju-  
dices, rectè superioritatis territorialis juribus accensetur. \* Sed libe-  
rius eo utuntur Principes & Comites, restrictius Imperiales Civitates,  
quoniam illi pro arbitrato, hæ ex norma legum ut plurimum tra-  
ctant Rempubicam. Quare si de legibus dubitatio incidat, aut po-  
tentiores clam palam fucato prætextu vel inanibus promissis vim  
legum eludere conentur, cognitio ad summa Imperii judicia de-  
ferri solet. Quod infinita exempla & nuperum Colonia Agrippi-  
nensis testantur.

## §. XXVI.

Missionem legatorum ad regionum Dominos spectare ipsa ex-  
perientia commonstrat; sed minus commodè sentiunt & loquuntur,  
qui eam simili jure, quo solet à Præsidibus provinciarum aliisve ma-  
gnæ dignationis magistratibus administrari, \* aut saltem de facto per-  
agi existimant. In qua sententia miror esse D. Carpzovium. † Cum  
superioritas territorialis nobilitate sua qualemcunque magistratum  
potestatem longè antecedit, uti sæpe patuit, & infra probabitur.  
Accedunt exterorum judicia: nam missos ab Electoribus Ambassa-  
dores (in quo vocabulo maggioramente risuona l' espressione del-  
la souanità d'e Prencipi, inquit Victorius Siri) seu legatos faciem  
(uti Cicero loquitur) mittentium secum afferentes solenni honore  
prosequuntur. Equidem in nupera pacis Neomagensis actione dis-  
putatum fuit, an honor illè cæterorum Principum legatis debeatur?  
Sed non defuerunt decora ingenia, quæ ipsorum causam egregiè a-  
gerent; cum nihil afferri possit pro Electoribus, quod non æquè mi-  
litet in cæteris Principibus, superioritate territoriali, armorum po-  
tentiâ, familiarum splendore, addè & honore ab exteris Regibus du-  
dum habito comparibus. V. Cæsar. Fürstn. \* Vicquefortium \*\* &  
qui argumenta utriusque partis curatè recensuit, Nob. L. Kulpisium  
† amicum nostrum. Coeterum apud Achæos lex viguit: \* ne cui civi-  
tati societatis Achaicæ participi fas esset, seorsim ad externos ullos mittere  
Legatos, non ad Romanos non ad alios. Sed talè institutum, ut ut vin-  
culum societatis maximè stringens & concordiam muniens, neque  
in societatibus ad formam Achaicæ societatis adornatis semper,  
multò

\* Besold.  
c. 3. de leg.  
§. 2. conf.  
Stamler.  
de reserv.  
§. 1. 2.  
† de legib.  
Reg. c. 2.  
sect. 13

tom. 2.  
Merc. l. 2.  
p. 1035

\* de supr.  
Princ.  
Germ.

\*\* p. 1. de  
l' Ambass.  
sect. 4

† c. 10 de  
legat. Stat.  
Imp. §. 12.  
& seq.

\* Pausan.  
in Achaic.  
conf. Ubb.  
Emmum



multò minus in nostro Imperio locum invenit, præterquam in negotiis majoris Reipublicæ, pro quorum ingenio quomodo missus legatorum instituat alterius loci est exponere, & doctè excoluit laudatus D. Kulpisius. †

p. 2. de Veter. Grac. tit. 12

† de legat. Stat. Imp.

c. 5.

§. XXVII.

Jus legendi milites (quod sequelæ jus vocant, die Lands- oder Heersfolge) à longò tempore regionum Dominos habuisse satis constat, quippe lecto milite non mercenario bellantes. At verso more auctisque tributis, quæ olim minima erant, an hodiè subditos suos in militiam propellere possint? Dubitant nonnulli, apertè negat Merckelbach, apud D. Klokium, † sed rationes quas ex jure Romano desumit nihil probant, si mos Reipublicæ & necessitas aliud exigant. \* Jus milites mercede conducendi haud dubiè etiam competit v. R. A. 1525. §. 2. R. A. 1530. §. 104. R. A. 1542. §. 14. §. 36. modo (1) Imperatoris consensus, uti fieri potest, requiratur. (2) Justifica & urgens causa adsit (3) significetur Duci Circuli, & idoneè caveatur. R. A. 1555. §. 50. R. A. 1564. §. 18. Cæterùm Vasalli etiam ad bellum evocati comparere tenentur, juxta modum, quem formula investituræ præscribit, vel militares codicilli [die Muster-Register] demonstrant. v. D. Struv. † Quæritur vero an vasallus subditus præter servitia, quæ feudi intuitu præstat, Dominum cæteros subditos simul evocantem sequi teneatur? Respondet D. Rhetius, \* seposita loci consuetudine ad utrumque teneri, quia onera feudi feudali rei, sequela verò subditi personæ adhærescat.

† Conf. 1. n. 84. 87

\* v. Rhet. ad 1. feud. 1. p. 131

† Synt. feud. c. 11. §. 5. & seqq. Kni- chen de su- per terr.

c. 3. n. 421

seqq. \* ad 1. feud. 21.

§. XXVIII.

Jus fisci [voce latius accepta] munificentia Cæsarum, aliisque de causis fermè totum ad speciales Respubl. pervenit. Sub Fisco naturaliter tributa & vectigalia, extra ordinem etiam alia emolumenta continentur. Tributa rursus diversi sunt generis, qualiacunque vero sint in regularibus Rebus publicis ad Dominos regionum pertinent, ab iisdem indicuntur & remittuntur, pro arbitrio quoque rationibus nemini reddendis dispensantur. \* Solet tamen alicubi ad imponenda tributa consensus Statuum provincialium adhiberi, aliquando ex necessitate, aliquando dicis causa, ut alacrioribus ad conferenda subsidia subditis utantur, ubi communis præit auctoritas. conf. capit. Leop. art. 3. Sed & in tota fermè Germania receptum est, collationis modum subditis relinqui; istum enim rite formari

\* Klock. conf. 20. n. 169. & seqq. & de contrib. passim



† p. 3. Dec.  
216.

\* V. de feud  
ablat. p. 2.  
§. 18.

† ad A. B.  
tit. 9.

\*\* Coler.  
p. 1. Dec. 72  
n. 3

Schulcz.  
in Synops.  
Inst. 3. tit.  
de success.  
fisci.

Köpp. dec.  
28. n. 21  
Mev ad  
1. L. p. 2. tit.  
2. ult. 14  
n. 64

subditorum potissimum, minus superiorum interest. v. Mevium: †  
Quod si vero tributa imponere multò magis remittere illa possunt  
regionum Domini: uti supra de legibus diximus. Interim piè mo-  
nent nostri, utne regionum Domini immunitates à tributis cum  
onere reliquorum subditorum elargiantur. \* Vectigalia ( quocun-  
que etiam titulo colorentur) neque nova institui, neque vetera au-  
geri possunt sine Electorum assensu. Qua de re sollicitè cavent Ca-  
pitulationes Ferd. III art. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. Leopold. art. 21. seqq.  
summa ratione, ne vectigalibus nimium intensis commercia peni-  
tus marcescerent. Semel instituta vectigalia possessoribus relinqui  
debent. † P art. 9. Unde audacia scriptorum quorundam retundi-  
tur, asserentium licere Imperatori telonia Electoribus data re-  
petere. v. Dieterich † Quod verò in terris Saxonice jus fisci mero  
imperio sive jurisdictioni superiori adherere dicunt Juri Saxonici,  
\*\* & à nonnullis de totius Germaniæ moribus indiscrete affirma-  
tur, cum temperamento par est intelligi: nam in terris Saxonice  
nec illi, quibus merum Imperium comperit, plenum fisci jus sed in  
certis saltem causis habent.

Solet tamen alicubi ad imponenda tributa consensus) hinc mol-  
lia illa tributorum vocabula. Beth/ Steuer/ [v. du Fresne gloss. voce Steu-  
ra] & similia.

§. XXIX.

\* Carpz.  
p. 3. quæst.  
150. n. 8  
14 seqq.  
Limn. l. 6  
c. 8. n. 268  
Besold. l. 3.  
I R. c. 5  
Myhl. c. 50

Jus pœnarum ex potestate circa criminales causas intelligitur:  
nam si appellatio ab hujusmodi causis submota est, ut supra proba-  
tum dedimus, à pœnarum impositione tantò magis exulabit, cum  
Romano etiam jure de pœnis provocatio non esset. l. 244. d. V. S.  
Usu autem à longis temporibus receptum est, Dominos regionum  
reis gratiam delicti facere, vel pœnam minuere posse, \* quod aggra-  
tandi jus vocant. v. R. Spirens. An. 1526. §. 6. & 8. Quamvis enim hanc  
potestatem majestati assignet Aristoteles, idque verissimum sit in  
primi ordinis civitatibus, quas *πρωτέρας* ipse vocat; in aliis tamen  
aliud obtinere posse exemplo Achaicarum civitatum discimus.

Quamvis enim hanc potestatem Majestati assignet) Ita Fridericus  
Barbarossa, licet Principibus & Comitibus incendiarios puniendi faculta-  
tem concedat, absolvendi tamen sibi reservat in literis pacis A. 1187. apud  
Abb. Ursperg.

§. XXX.

Publicatio bonorum sub jure pœnarum continetur, & regali-  
 bus connumerari solet. \* Sed promiscuum usum Carolus V. inter  
 abolendas consuetudines merito retulit art. 218. Item an etlichen  
 Orten so ein Vbelthäter/ausserhalb des Lasters unser beleidigten Ma-  
 jestät oder sonst in andern Fällen / so der Vbelthäter Leib und Gut  
 mit verwirckt / vom Leben zum Tod gestrafft / Weib und Kinder an  
 den Bettelstab und das Gut dem Herrn zugewiesen werden. Ita enim  
 ex veteri Moguntina Ivonis Schæfferi, & Francofurtensi editione  
 restituenda vera lectio, quæ nunc depravatissima in multis exem-  
 plaribus prostat ad hanc formam: Item an etlichen Orten so ein  
 Vbelthäter aussershalb des Lasters Unser beleidigten Majestät / (*in  
 Moguntina interpunctio omittitur*) oder sonst in andern Fällen / so der  
 Vbelthäter Leib und Gut nicht (*in Moguntinâ nit*) verwircket /  
 vom Leben zum Tod gestrafft werden (*werden omittunt bonæ edit.  
 neque convenit cum antecedit.*) Weib und Kinder an den Bettel-  
 stab / und das Gut dem Herrn zugewiesen (*werden addit edit. Fran-  
 cof.*) Licet enim in primâ etiam Schæfferi editione, uti dictum nit  
 legatur, unde posteriores nicht effecerunt, tamen scribas tenui le-  
 viculoque unius apicis ductu errasse, adeoque mit reponendum  
 esse Goldastus † egregiè ostendit, quam conjecturam art. 135. O. Cr.  
 firmat, si cum curâ conferatur. Quamquam Jctorum plerique ali-  
 ter intellexerint. V. Klokium \* ubi & Camera Imp. judicata ad-  
 ducit. Hæc igitur Carolinæ constit. est sententia. Non ferendum  
 esse amplius, ut liberi protinus quævis ob delicta parentum evoluti  
 bonis ad mendicitatem redigantur, exceptis criminibus perduellio-  
 nis & aliis quibus anteriora jura & vitæ & bonorum amissionem  
 dictaverunt. Cæterum quæsitum fuit, ad quem bona ejus qui Ma-  
 jestatis crimen commisit, pertinerent, ad Cæsarem an ad territorii  
 Dominum? Ferdinandus II. bona ejusmodi fisco suo applicanda  
 esse pettendebat. Sed Electores anno 1630. peculiari scripto, cujus  
 summam refert Reinkingius, † intercedebant, quippe non parvum  
 sibi Cesar conflaverat invidiam, quod bona vacua non illis qui jure  
 proximi, sed hominibus ab aula Cesaris immixtis tradèrentur: acerrimo  
 horum criminum questore Rudolpho ab Ossa Commissario, quem nu-  
 per Comitum Hanovienis rerum familiarium curatorem, ipsi nunc  
 Domini Dominisq; similes metuere cogebantur. Verba sunt Ant. Epit.

\*V. Klok.  
 conf. 22  
 n. 1. & 2  
 conf. 23. n.  
 11. conf. 12  
 n. 3. 4. 5

† Bon con-  
 fiscat. der  
 Zauber-  
 Güter.  
 §. 63. &  
 seqq.  
 \* conf. 24

† 1. 5. 7. 27.  
 add.  
 Limn. ad  
 Cap. Ferd.  
 III. art. 28.



*ad Ann. 1628* *verum Germ.* \* Non defuere tunc scriptores, † qui Caesaris causam defenderent, pro quô A. B. dispositio *l. 24. §. 1.* stabat, sed tandem Leopoldi Capitulatio *art. 27.* pro regionum Dominis decidit. add. omnino D. Eybenium. \*\*

*† V. Gold. d. l. §. 102* *Myhl. de Princ. Imp. s. 63. §. 8* *\*\* c. 6. El. §. 8. segg.* Adeoque nit reponendum esse) pronus ad vitium lapsus, pariter *ut in Recess. Aug. 1555. §. 72.* ubi nunc legitur: Darauß sollen sie in Beseyn der Beschädigten oder der jenigen so die Sache nicht (in vet. edit. est nit) belanget/ cum legendum omnino sit mit belanget. Similia errata quam plurima sunt in aliis Recess. V. Goldast. d. l. §. 65, add. D. Mauritz. *de Recess. Imp. §. 37. 38.*

Goldastus egregie ostendit) suboluerat jam aliis vitium. Georg. Remus *ad h. art. & Carpz. p. 3. quast. 136. n. 30.* particulam oder omittendam esse existimaverunt, quam emendationem tamen rejicit D. Hahnus *ad tit. de bonis damnat.* Fr. Martin: *in explic. hujus articuli, quam addit Commentario de censibus* particulam nicht planè expungendam esse censuit, Sixtinus *4. de regal. 11. n. 95.* nihil mutandum putat, ego cum Goldasto facio: Peculiari scripto (cujus summam refert Reink.) non est duplica, ut Reinkingius scribit, sed ulterior resolutio Electorum, illa 29. Julii hæc 12. Augusti scripta, V. Londorp. *tom. 4. Actor. publicor. c. 10. c. 17. p. 61. 72.*

Sed Leopoldi capitulatio pro Dominis regionum) Ita antea aliquot annos detecta Hungarorum quorundam adversus Cæsarem conjuratione Dynastiam Reinsteinensem in districtu Halberstadiensi sitam, quæ ad Tattenbachium pertinebat Elect. Brandenburg. occupabat, uti Lunenburgenses Duces reliquas clientelas in Comitatu Blankenburgensi sitas.

§. XXXI.

Quo pacto regalia minora investigari possint, dubio non caret. Hugo Grotius ita philosophatur. \* Quando acquisitio à populo aut populi capite fit, ut non tantum imperium, sed & privatum plerumque dominium generaliter primùm populo aut ejus capiti quærat, atque inde particulatim in privatos ita fiat distributio, ut tamen illorum dominium ab illo priore domino penderet (id quod plerumque fieri existimat) hoc casu, si quid domino particulari carere incipit, non fieri occupantis, sed ad universitatem aut ad dominum superiorem redire. Cl. Becmannus \*\* fundamentum ponit in ambiguitate dominii, ut, quod ad neminem privatorum pertinet, ad omnes referatur, sicque ad Principem, quippe omnium imaginem. Hoc jure thesaurum, feras, & alia *à d'awo* Principibus vindicari ostendit. Relfendso † principium quærit ex indole rerum communium, quæ in omni societate sec. cujuslibet meritum veniant distribu-

\* *l. 2. de l. B. P. c. 3. §. 19. c. l. 2. s. 8, n. 9*

\*\* *Pol pa. tal. c. 18 §. 4*

† *c. 2. de sum. Pr. Germ. pov.*

tribuenda, id verò in civitate Principis esse. Rosenthalius \* totam <sup>de feud.</sup>  
 rem consuetudini imputat, quæ inducere possit, ut jura, quæ olim <sup>c. 5. concl.</sup>  
 regalia non fuerint, hodiè pro regalibus habeantur. Multi ad præ- <sup>94. n. 1</sup>  
 scriptionem immemoriam recurrunt, de quo sub exemplo juris  
 venandi differentè vide D. Ziegler. \* Nobis videtur altius principium <sup>de jur.</sup>  
 quæri posse in pacto, quo civitas simul & summa potestas consti- <sup>mag. l. 2</sup>  
 tuitur. Pactum illud naturaliter ita intelligi potest, si concipiamus <sup>c. 14. §. 18</sup>  
 animo multitudinem hominum libertate & æqualitate fruendum, <sup>seq.</sup>  
 qui dum ultrò civitatem novam institutum eunt, necessum habent,  
 ut primum singuli cum singulis paciscantur, velle se in unum com-  
 munemque cœtum coire, vires conjungere, & in tali statu perpetuo  
 manere: deinde ut, globo consensionis facto summam, cui volunt,  
 potestatem deferant. Pactum tale, etsi in omnibus civitatibus in-  
 tervenisse non appareat, præsumitur tamen velut naturale, usque  
 dum aliud aliunde constet, quod pro more suo accurate demonstrat <sup>\*\* l. 7. de</sup>  
 Puffendorfius. \*\* Jam si ulterius eat, facilius præsumes, & magis <sup>Nat. c. 2</sup>  
 naturale est, coituros in civilem societatem sua jam ex occupatione <sup>§. 7.</sup>  
 vel alio titulo quæsitâ habuisse bona, quam planè nulla: rursus id sal-  
 tem in summum imperantem transtulisse, sine quo salutem Reipu-  
 blicæ consequi non licet. Quod igitur Grotius † dicit, si id quod <sup>† d. c. 3. §.</sup>  
 plerumque est respiciatur, prius populos terras occupasse, nec im- <sup>19. n. 2. &</sup>  
 perio tantum, sed & dominio, quàm in privatos agri describeren- <sup>in not. c. 8</sup>  
 tur, verum non est: aut si verum est, cur non, uti fluvialia incremen- <sup>§. 8</sup>  
 ta, res derelictas, hærede aut alio particulari Domino carentes, ita  
 feras quoque & thesauros summo imperanti addixit? \* Mihi sanè, <sup>\* V. Grot.</sup>  
 naturalem veritatem respicienti, tutius videtur hanc adornare regu- <sup>d. c. 8. §. 2</sup>  
 lam: Regalia, quæ vocantur minora ad summum imperantem non <sup>§. 7</sup>  
 spectare nisi lex, mos, aut major conjectura exceptionem suggerant.  
 Inter conjecturas præcipua est, quam pro regulâ Grotium posuisse  
 diximus, nempe si populus primum terras domini jure occupavit,  
 & postea in cives distribuit.

§. XXXII.

Quare, cum de Germanis memoraverit Tacitus: *Agros pro nu- de mor.*  
*mero cultorum ab universis occupari, quos mox inter se secundum digna- Germ.*  
*tionem partiantur, eoque more & Franci deprehendantur usi, facile*  
*intelligitur, cur Franci primum inde & Germani Imperatores tot*  
*minora*

minora Regalia sibi vindicaverint, & nunc eorum loco in Germania regionum Domini usurpent. Exemplis rem illustremus.

Eoque more & Franci deprehenduntur usi) Bodinus 2. de Rep. 2. Longobardos, inquit, Alemannos, Francos, ita occupasse regiones, ut nemo terræ glebam nisi eorum beneficio possideret. De Vandalis Procopius l. 1. de bello Vandalico. Gizerichus deinde, si quid inter Afros boni fuerat aut agrorum aut rerum aliarum, omne inter filios divisit. Ceteros item agros optima Africa à Domino ereptos Vandalis distribuit, qui adhuc hodiè κληροι Βανδύλων vocantur, add. Fr. Lindenbrog. voce terra Jolica.

§. XXXIII.

*Thesaurus omnis subterraneus, profundius meatu aratri jacens, ad Imperii pertinet Majestatem.* est in Spec. Saxon. l. 1. art. 35. Ita hodie in plerisque Germaniæ partibus Dominis regionum Thesauros acquiri testes sunt Arnitæus \* Klockius, \*\* Bornitius, † Struvius \* & alii.

*Thesaurus omnis subterraneus ad imperii pertinet Majestatem)* etiam apud Francos in Ep. 56 r. ex Francicis tom. 4. Hist. Franc. est: *Mandamus vobis, ut fortunam (i. e. Theaurum) sicut inventa fuit, intra 15. dies nos habere faciatis.*

§. XXXIV.

*De Metallis fodinis Henricus VI. Roman. Rex in privilegio Ecclesiæ Mindensi A. 1189. concessio (quod extat apud Pistorium \* & Goldastum †) signatè monet: ad jura pertinere Imperii & inter regalia sua computari.* Hinc Carolus IV. c. 9. §. 1. Bohemiæ Regibus nec non universis & singulis El. Ecclesiasticis & secularibus universis auri atque argenti fodinas atque mineras stanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuscunque generis metalli ac etiam salis, tam inventas quam inveniendas imposterum in ipsorum regionibus vel contulit vel saltem confirmavit. Fridericus II. Ludovico Baviaræ Duci & Palatino Rheni omne genus metalli in terris patrimonii & feudi fodere indulserat. apud Goldastum. \* & Dominis Plauensibus apud eundem. add. de singul. Elector. Sax. privilegio Sixtinum. † Quod vero nonnulli jura Romana adhuc vigere putant, \*\* si metallum in fundo privato reperiat, modo memoratis privilegiis non congruit, & tùm admiserim, ubi lex vel consuetudo loci suffragatur. add. D. Struv. † Salinarum Hallensium redditus ArchiEp. Magdeburgensi assignavere Imp. ut tradit Heigius. \*\*

De

De metallifodinis ) Ad Francorū Reges easdem pertinuisse conjicit Chop-  
 pin, de LL. And. l. 1. c. 61. V. Capit. 3. A. 789. in app. c. 2.

§. XXXV.

Sicuti flumina ad regionum Dominos spectare tratatitium est,  
 ita fluvialia incrementa magna ex parte ipsis cedere, experientia edo-  
 cemur. De insulis Adolphus Imp. consilio prius cum Proceribus  
 habito, in Comitibus Norimbergensibus A. 1293. Reinoldo Comiti  
 Geldrensi in hanc formam rescripsit: *Quod si insula nata est in Rheeno  
 vel alio flumine, in Comitatu alicujus Comitis, qui in ipso flumine reci-  
 pit teolonia & conductus, habetque Comitatum eundem teolonia & con-  
 ductum ab Imperio, in flumine predicto eadem insula potius spectat ad  
 Imperium & ad ipsum Comitem, quam ad alium Dominum, cujus di-  
 strictus protenditur ad ripam fluminis prelibati.* Constitutionem  
 hanc, quam doctissimus Freherus notis auctam primus edidit, ex ve-  
 rustâ Germaniæ consuetudine desumptam esse verisimile videtur: nam  
 & hodiè in plerisque locis idem obtinere autores produnt. De  
 Electoratu Saxoniæ, de Palatinatu, de Comitatu Frisiæ & Olden-  
 burgico v. Gryphiander. \* de Hollandiâ & vicinis Regionibus Gro-  
 tius \*\* Accedunt Cameræ Imperialis sententiæ apud laudatum Gry-  
 phiandrum, † Gylmannum, \* Tilemannum \*\* & alios. Quid ve-  
 ro mirum si idem in natantibus insulis obtineat, cum apud Romanos  
 etiam illæ publico cesserint. Tales autem (ut de aliis orbis partibus  
 nihil dicam, de quibus vide Claudii Tausquii † Canonici Tornacen-  
 sis librum, ante aliquot annos in Gallia publicatum, & Grotium\*)  
 in lacu Palatinatus superioris reperiri, testis est Hortlederus. \*\* Sic  
 & alluvionis incrementa regionum Domini alicubi sibi vindicant  
 v. Gryphiandr. † Stipman. \* Klockium, \*\* quod rationem habet in  
 agris limitatis, aut qui spatium quodam interposito à flumine sepa-  
 rantur. Amplius etiam jus conchas & similia in littore legendi,  
 jus piscandi, jus ligna vehendi in flumine, jus molendina extruen-  
 di ejusque licentiam faciendi, & hujus generis alia regalibus passim  
 inferuntur.

Amplius etiam jus conchas & similia in littore ) V. Stypm. d. l. c. 4.  
 n. III. & seqq.

Jus piscandi ] Pragmatica Childeberti: *Has omnes piscationes quæ sunt &  
 fieri possunt in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus, & nostra forestis  
 est, tradimus ad ipsum locum.* Sæpe in diplomatis legas aquas & pesca-  
 tiones

De ins. 11. n. 61.  
 \* l. 2. c. 8.  
 §. 9.  
 † d. l. n. 9.  
 & seq.  
 \* 1. Symple. 2. vot. 2.  
 \*\* 2. Dec. 2. vot. 7. 1. 31.  
 † sub tit. Terra & aqua seu terra flu-  
 uantes  
 \* De jur. B. c. 8. §. 9.  
 conf. Gryphiander. d. l. c. 6. n. 43.  
 \*\* v. Anf. un. Sortg. deß Teut. Kriegg. p. 232.  
 † d. c. 11. n. 9. seqq.  
 \* de jur. marit. p. 2. c. 5. n. 550. seqq.  
 \*\* 2. de r. rar. c. 63. n. 8. seqq.  
 add. Grot. d. l. §. 12.

siones cedi. V. Meibom, diplomata Witikindo subjuncta. add. D. Struv. c. 6 feud. apb. 7 n. 10. Meur. Bon Jagd und Forstrecht / p. 3. p. 55 p. 7 p. 138 Jus ligna vehendi in flumine) Floßgerechtigkeit v. Conf. Argent. vol. 2. conf. 8 Befold. p. 5. conf. 239 Jus molendina extruendi) v. D. Struv. d. l. n. 12

§. XXXVI.

Jus venandi Francorum Reges exercuisse argumento sunt praefecti venatoribus regalibus, ut vocantur ap. Scriptorem Vita Ludov. \* ad A. 837 Pii. \* quorum quatuor numero continenter fuisse & quintum simul falconarium author est Hincmarus; \*\* id quod magnitudinem muneris satis indicat. Sylva regalis mentio est apud Gregorium Turonensem † sub Childeberto. Sylva in forestem conversa non unâ vice l. 4. c. 7. c. 42. & ejusdem libri appendic. 3. c. 3. Est autem forestis, sylvæ quaedam sanctio subnixæ, Germ. significanter ein geheater Wald quoniam in illâ neque feras capere, neque ligna cædere solutum fuit. Carolus M. in l. 1. leg. Longob. t. 23. ut nemo pedicas in foresto Dominico, neque in quolibet regali loco tendere presumat. Et si ingenuus hoc perpetraverit, bannum dominicum solvat: & si servus est dominus illius emendet, sicut lex est. Imp. Ludovicus. l. 3. leg. Longob. tit. 35. de forestibus nostris ut ubicunque fuerint, diligentissime inquirantur, quomodo salva facta sunt & defensa. Ab Imperatore ad regionum Dominos pervenit. Ita Imp. Conradus in charta A. 1029. apud Pistor. \* & Goldastum: \*\* Quandam sylvam forestari concessimus, & banni nostri districtu circumvallavimus, eâ videlicet ratione, ut nemo ulterius in eodem foresto, absque prelibati Episcopi suorumq; successorum licentia, potestatem habeat venandi, sagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, quæ merito sub jure banni continentur. Imp. Rudolphus in Charta ineditâ 1276. Comiti Cattimeliboccensi villam Tribure cedit cum capturis Falconum, & forestum Schlichter. Charta Otton. III. apud Stangefolium. † In his forestis cervum vel cervam venandi nullus habeat licentiam, nisi verbo vel consensu Abbatissæ, & si cervus vel cervæ effugiat de his forestis eas in alias sylvas sequi sit licentia. Similia passim occurrunt apud collectores diplomatum: neque hæc nisi in exemplum allegavimus. Hodiè igitur Domini regionum jus venatus inter regalia sua seu jura superioritatis numerant, & passim exercent, non tantum in locis publicis, sed & privatis cum exclusione dominorum. v. Klokium, \* conf. Wefenb. † Est tamen, ubi

\* ad A. 837 Pii. \*  
\*\* c. 24  
† l. 10. c. 10  
\* in Chr. Episc. Mindens p 730  
\*\* tom 3  
Constit. p. 312  
† l. 2. Ann. Westph. p. 204  
\* conf. 10 n. 373 conf. 149  
† de acquirit. dom. n. 7



ubi privatis vel ex antiqua libertate, vel ex conventionē saepe quidem feudali, vel ex alia causa debetur. Alibi quoque vicinæ regionis domini variis ex titulis quæsitum habent. Unde sequitur, jus venatus aliquando, & quidem ut plurimum esse jus superioritatis, aliquando jus singulare, aliquando servituti similè, nonnunquam & aliud, prout multæ sunt species juris in re. Errant enim qui ad unam speciem reducere conantur. Vide auctores harum sententiarum congestos à Knipschildo. \* Ex his principiis multæ quæstiones decidi possunt, modo non ignoretur, nolle nos consuetudini bonis rationibus subnixæ quicquam detractum ire. Ita quando quæritur. An Dominus regionis jus venatus, cujus jam alii compotes sunt facti, exercere simul possit? Ob die hohe Obriakeit die Wit. Jagd in ihrem gansen territorio habe? Considerandum est, \* quale jus à Domino regionis aliis comparatum sit; quippe ubi feudale est aut usufructuarium putaverim proprietarium excludi, cum omne emolumentum ad Vasallum vel usufructuarium transierit. v. l. 7. l. 9. l. 15. §. usufructu. Si precarium aut singulare, in dubio regionis dominum admiserim. In multis tamen locis sine distinctione hoc jus sibi vindicare Dominos testatur Meurer, † Besoldus \*\* & alii. Rursus quando quæritur. Quale jus habeant in alieno territorio venantes? Responderi potest, non plenum habere, sed ad modum servitutum strictius interpretandum. ut e. g. qui potestatem habet sclopetis vel canibus venandi, Zonas pandere non possit. vid. D. Mauritius, \* & qui jus venationis simpliciter concessum habet, non sclopetis aut bombardis, sed per canes saltem aut retia exercere possit. \*\* Illud verò ex mera consuetudine in multis locis receptum est, posse venatores feram bombardâ ictam vel vulneratam cursu non intermisso intra spacium 24. horarum, etiam in alieno territorio, persequi, de quo testatur Klok † & olim jam apud Longobardos obtinuit. v. LL. Longob. l. 1. §. 22. §. 6. Addendum jus venationis adeò delicatè à regionum Dominis haberi, ut leges habeant, de necandis ob feram captam agricolis, quas justas esse magna diligentia Jcti nostri defendunt.

Errant qui ad unam speciem reducere conantur) ad servitutes personales Baldus, ad reales Treutlerus, ad jus peculiate & per se subsistens Forsterus, alii aliter, Add. Gailius 2 obs. 66.

Vel ex antiquâ libertate] Emm. l. 2. R. Fris. p. 74. de Frisii: venationum, aucupionum, piscationum omnibus, quibus ortum aut animam erat, usus omnino liber.

\* l. 2. de civit. Imper. c. 7 n. 4 seqq.

\* conf. Rosenth. de Feud. concl. § c. 5 n. 34

Sixtin 1. de Regal c. 5 n. 56

† Meurer von Jagd und Forstrecht / p. 7 p. 118

\*\* Besold. voc. Jagden conf.

Koppen. dec. 15 n. 9 seqq. Wehner. voc.

Forst. Maurie.

v. 2 conf. 1 n. 11 seqq. \*\* v. Carp-

zov. p. 3 dec 287 Wehner

voce Forstrecht. † conf. 29

n. 545

Furtim feras capientes etiam morte puniuntur) In historia Franco-  
rum Guntheramni Regis exemplum extat, qui cubieulatum suum ob  
bubulum occisum lapidibus obrui fecerat. Sed addit Turonensis qui hoc  
narrat l. 10. Hist. c. 10. *Multum se ex hoc deinceps Rex pœnitens, usque eum  
ira precipitem reddidisset, ut pro parvula causa noxa fidelem sibi, necessariu  
vivum tam celeriter interemisset.* add. Joh. Sarsib. l. 1, Policrat. c. 4.

§ XXXVII.

Rursus apud Francos subditi hospitia & annonas subministrare  
tenebantur, vel Regibus ipsorumque Legatis provincias circum-  
euntibus, vel militibus in bellum proficiscentibus. Inde mansiona-  
ticorum, paratarum, parasfredorum, & fodri [annonas militares ver-  
tit *A. vita Ludovici pii*\*] frequens in capitularibus 2. tit. 64. tit. 69.  
7. tit. 20. & historiis Francorum mentio. Certè in Germanico Impe-  
rio, regionum Domini passim similia jura, imprimis jus Cibatus seu  
Albergariae, ut vocant vulgò *die Xgunas-Berechtigkeit*, exercent.  
De quo vide D. Bänderi *Dissert. Argent. habitam.*

Frequens in historiis Francorum mentio) Aimon. l. 5. c. 10. in edicto  
A. Ludovici Imp. p. 281. *Neque paratredos aut expensas ad hospitum susce-  
ptiones recipiant. conf. eund. d. l. c. 17.* Charta Otton. III. An. 997. apud  
Stangefoli *Ann. Westph. l. 2. p. 205 à pratis* [i. e. paratis Germ. *Bereit-  
schafften*] & *parafredis liberat quoddam monasterium.*

§. XXXVIII.

Cæterum nova ejus generis jura sine consensu populi inducere  
fas & æquum non permittit, qualia sunt: ut subditi in locis definitis  
convivia nuptialia celebrare, pinferre, molere, aut vinum, cerevisiam-  
que emere cogantur. v. cum allegatis *Knipschild*.\*

\* l. 5 de cõ-  
vit. Imp.  
22 §. 64.

In locis definitis pinferre, molere) furnorum & molarum banniarum  
meminerunt charta Franciæ. Sec. XIII apud Hadr. Valesium *notit. Franc.  
in præfat. p. 17: mensalania bannariae cap. LXIX. de appellat. recusar:  
& relati.*

§. XXXIX.

Illà autem iniqua planè est consuetudo, quæ res furtivas, quarum  
herus non ignoratur, regionum Dominis adjicit. Ea jam ante secu-  
la aliquot exercita fuit. v. *Trithemium*\* sub exemplo Comitum Vel-  
denziæ. Verum Carolus V. *Ord. Crim. art. 218.* meritò sustulit. Idem  
eodem articulo bona, levandæ navis causa ejecta, aut naufragium  
passa, veris dominis restitui jussit, quam in rem contra abnuentes è  
summis Tribunalibus mandata sine clausulâ decerni solent, v. *Fride-  
rum*, † ubi judicata Camerae allegat. quanquam diversi moris exem-  
pla

\* in Chr.  
Sponh. ad  
A. 1290  
conf. Myhl.  
de Princ.  
Imp. c. 39  
§. 6  
† 2 Proc.  
57 n. 1.

pla non defint: Klokiius \*\* sanè asseverat: non modo in mari & ocea-<sup>no</sup> de xrai. no, sed etiam in Rheno & Albi ubivis ferè locorum receptam esse l. 2 c. 114 consuetudinem illam qua ex naufragio quæstus quæritur. Apud n. 13. conf. Francos in usu fuisse, verisimile facit vox Gallica Varech (seu jus col- Gail. 1. obs. ligendi ejecta naufragio v. Guidonem) quasi **Fabrecht** à Francis 18. Sixtin. vet. procul dubio orta. 2. de re- gal 3. n. 95

Qua ex naufragio quæstus quæritur) ex veteri more, nam Alber. Sta- \* Guidon. denf. ad A. MCXII. p. 152. edit. Reinec. memorat *Friderici Comitis Staden- de Financ. sis aviam & matrem in Comitatu Stadenfi naufragium passas, & sec. pristini fol. 75. juris rigorem tam homines quam res Regia ditioni fuisse mancipatas. Sequitur ibidem: Mater & avia sub prætenu naufragii servituti sunt addictæ.*

§. XL.

Sequitur, de modo acquirendi superioritatem territorialem vi- deamus. Olim omnis ditionum administratio à benignitate Cæsa- rum fluxit. Cum verò Principatus & Comitatus ad posteritatem transmittere daretur, ne imperatoria Majestas cum tempore penitus exolesceret, feudi adhuc nexu obligatos retineri consultum visum fuit: Mansit igitur Cæsaribus investiendi jus, & de novo conferendi ditiones, quæ ex delicto aut defectu legitimi hæredis vacabant, nisi spem succedendi [expectativas vocant] jam aliis dedissent; dedisse autem sæpenumero fidem faciunt expectativæ passim per Imperium superstites. Enimverò, cum turbulentæ tempestates inciderent, & non rarò inter Imperatorem & Proceres bella civilia exardescerent, multum pristina ratio mutavit. Nam regiones quædam instar allo- diorum, hoc est rerum mancipi, haberi cæperunt, ex quo genere et- iamnum esse feruntur, \* Comitatus **Mörb / Pinneberg / Vargila**, \* Illustr. D. Eyben El. Burggraviatus **Kaplendorff / Baronia Bronckorff / Dominium feud. 6. §. 6 Aersen / & alii.** quondam fuerunt Ducatus Luneburgicus, Frisia, Besold. de Comitatus Hollandiæ, Waldeccensis, Oldenburgicus, Ritbergensis *jurisd. qu. 17. Limn. 17. c. 1. n. 50* Dynastia Jeverensis & alii [qui nonnunquam solis feuda **Sonnen- leben** audiunt] quorsum etiam referas allodiales particulas plærisque ditionibus, quæ feudales sunt, intermixtas. Aliæ, plurimæ quidem, sub nexu feudi perstiterè, sed diversa admodum facie, quippe ex his nonnullæ feudi vel merè vel ex parte hæreditarii habitum induerunt, † ap. ill. D. & quidem tanto numero, ut Doctores † inter Brocardica sua co- Eyben. c. 7 optaverint: *Omnia hodiè feuda præsertim Ducatus & Principatus si §. 4 conf. de feud. ob- non merè saltem mixtè hæreditaria esse, vel ut alii efferunt hæreditaria latis p. 2. §. præsumi.* Nonnulli ita extendunt, ut feuda Germania maxime mi- 37

\* *Arnis. 2* *nova ad allodiorum indolem rediisse* fidenter asserant: \* à quibus ta-  
*rel. polit.* men alii paulisper abeunt: qui Ducatus & Comitatus potius allodia-  
*e. 3. sect. 5* les quam feudales præsumi ajunt. \*\* Quanquam ne temerè ejus for-  
*n. 19* mæ pronunciatis fidem commodemus ipsi eorum architecti mo-  
*\*\* Marp.* neant, & in hoc argumento rectè edoceat illustr. Dn. Eybenius †  
*4. conf. 37* conf. Vultej. \* & Mynsinger. \*\* Cæterum in eo quoque mutatio  
*num. 621* facta, quod multi Principes Comites & Nobiles, imò Imperiales et-  
*Sixtin. 1 de* iam Civitates non à Cæsare, sed ab aliis regionum Dominis feudi  
*reg. 4. n. 62* jure ditiones, aut eorum particulas tenere cœperint. † Porro Prin-  
*† d. l.* cipatus & Comitatus, [ si Electoratus excipias *A. B. C. 7. §. ult.* ] va-  
*\* 1. feu. 8* cuæfactos aliis concedere nequeat Cæsar, sed imperii usibus serva-  
*n. 66. 67* re teneatur. Ne novas etiam expectativas elargiatur amplius, Ca-  
*\*\* 4. obs. 2* pitulationes à Carolo usque V. acerrimè perhibent. v. Capit. Carol.  
*† add. Six-* *V. art. 24. 25. Leopold. art. 30.*  
*ein. de re-*  
*gal. 1. c. 4*  
*n. 128 seqq.*

Feudi adhuc nexu obligatos retineri consultum visum) Benè Card.  
 Eufanus l. 3. de Concord. Cath. 28. ut Imperiali celsitudini nulla incommoda  
 detractoria dominiorum, in futurum crescente potestate Officiatorum, Ducum  
 Comitum &c. exorirentur, feudalia introducta sunt statuta &c.

Comitatus *Wörst*) addit Reinking. 4. 1. 14. 10. Comitatum Oettingensem  
 & Zollerensem sed aliud sentit. Sixtin. 1. de regal. 4. num 36.

Quorsum referas allodiales particulas plærisque ditionibus quæ  
 feudales sunt intermixtas) plærisque dixi; qua in re nitor experientia  
 D. Rhetii ad 1. F. 3 & aliorum.

Quanquam ne ejus formæ pronunciatis temere) vid. Jcti Argent. 1.  
 conf. 84. num. 210.

Non à Cæsare sed ab aliis regionum Dominis) quæ à Rege Bohemix  
 Proceres nostri feudi jure teneant, memorat Limæus tom. 1. add. ad l. 3.  
 c. 8. p 360.

§. XLI.

His positis, vix obscurum amplius esse potest, quomodo supe-  
 rioritas territorialis acquiratur. Nam allodiales Regiones iis-  
 dem titulis, quibus aliæ nostræ res transferri possunt, v. Gylman. \*  
 Neque verò necessarium est, regalia adhuc à Cæsare conferri, quod  
 nonnulli perperam existimaverunt: cum nihil repugnet, uti territo-  
 rium ita superioritatem territorialem allodii jure teneri, quod ite-  
 rum solidè docuit illustr. D. Eybenius. \*\* Quanquam non infre-  
 quens sit, ut regio allodiali conditione habeatur, jura verò vel  
 omnia vel saltem quædam feudi jure [ quod plærumque ex oblatio-

\* tom. 3  
 verbo Co-  
 mitatus.

\*\* c. 6. E-  
 lect. feud.  
 §. 7



re voluntaria contigisse puto ) censeantur. Vid. Besold. † Feuda- † Voc. les feudali jure deferentur. Sed è re fuerit, modos acquirendi pau- Leben. lō specialius examinari. Sunt illi vel originarii, vel derivativi. Ad originarios pertinet occupatio, sub qua etiam præscriptio continetur, quatenus fundamentum in derelictione habet. Derivativi fiunt per traditionem. Traditio, quæ ab eventu mortis pendet dicitur successio, vel legitima vel testamentaria: quæ verò inter vivos perficitur, plerumque ex pactis vel contractibus descendit.

Allodiales regiones iisdem titulis quibus aliæ nostræ ) falsum est quod ex Italorū disciplinā sæpè inculcat Kniehenus de sup. terr. c. 1. n. 337. n. 306. c. 3 n. 115. superioritatem territorialem sine autoritate Cæsaris acquiri haud posse.

§. XLII.

Præscriptione etiam immemoriali superioritatem territorialem comparari negant Referens \* apud Klockium \* multi apud B. Tabo- \* Relat. 72. rem, \*\* Ajunt D. Struvius, †, Myhlerus, † alii. His accedit D. n. 76 seq. Hugo, \*\* ut tamen originem præscriptionis malit ex jure naturæ \*\* Barbof. seu gentium repetere, & existimet cum H. Grotio præter alias de- locupl. relictæ rei conjecturas sufficere tempus immemoriale, nisi validissi- voce super- ma sint in contrarium rationes. Nos verò, cur solum temporis ax. 7. memoriam excedentis lapsum jure naturæ sufficere negemus, ma- † Ex. 43. gnū Saulis exemplum habemus, auctore DEO in Amalecitas ar- 24. ma sumentis, quod isti Hebræis quondam in Cananæam iter præ- \* c. 100. § 3. elusissent. 1 Sam. XV. v. 2. Deut. XXV. v. 17. Atque trecenti quinqu- \*\* c. ult. §. ginta & amplius anni ab introitu in Cananæam jam effluxerant, † ne- 24. seq. que tamen facilè in hujusmodi rebus DEUS summo jure agere, sed † Ad XIII. humanae societatis se accommodare solet. v. Deutr. 11. 30. Ne dicam, 20. vix videri depositam ejus rei memoriam, quæ fidis historiarum monumentis continetur. Solus ergo temporis lapsus gignendō juri sufficiens non est, jure scil. naturæ : nam ex legibus Imperii nostri præter immemoriale tempus nihil amplius desideratur v. R. 7. 1544. §. 56. §. 64. & huc pertinet quod J. C. t. nostri \* dicunt : præscriptio- \* ad l. §. sit. nem immemoriam vim habere privilegii. Cæterum hæc, quam de aqua ex dixi, præscriptio definito annorum numero non continetur. Nam aqua pluvi. errant qui vel centum annis vel paucioribus includunt, quando uni- arc. Myns. as hominis memoria sive ex auditu ultra pertingere, sive sine isto obs. 30. multo breviori constringi tempore potest, de quo D. Carpzovius. † † p. 1. c. 16. Solus def. 74. p. 2. c. 1. def. 7



Solus ergo temporis lapsus gignendo juri sufficiens non est) Vis doctiss. H. Conringius de fin. Imp. c. 19. ex nonnullis conjecturis evincere conatur, solum tempus amissionem imperii operari. Verum his opponas fortiozem, neminem scil. cogi, ut jure suo utatur, maximè iniquo tempore.

§. XLIII.

Quod de superioritate dixi, de ejus etiam partibus seu majoribus regalibus intelligi debet. Regalia verò minora, quia de summi Imperii natura non sunt, nec ut proprietates naturales ad eam pertinent, etiam alia præscriptione acquiri nihil vetat. Romano jure res ad privatum principis patrimonium spectantes 40. annis præscribi dicuntur l. fin. C. de fundo patrim. & l. C. ne rei Dominica.

\* P. 1. Chil. Conf. 1. n. 9.

† De jurisd. Imp. Rom.

l. 1. c. 23. n. 26. seq. 36. seqq.

\* De jurisd. v. l. 10 ff. si servit. vind. l. 2. C. de servit. & aqu. l. 12. in f. C. de præscr. longi t. 9.

\*\* De jur. visd. l. 1. c. 38. n. 33. seqq.

† De jurisd. c. 12. n. 8.

\* De prop. bon. c. 5. n. 26.

\*\* De oper. subd. c. 9.

Pari igitur ratione dicemus, jus venandi & similia regalia eodẽ tempore præscribi: quanquam multi dissentiant apud D. Mauritiũ \* Si quis autem ad privatos venerunt, & in commercio eorum sunt posita, etiam longo tempore usucapi posse posse omnino existimamus. Cum in dominiis & servitutibus privatorum Romano jure idem obtinuerit. V. l. 10 ff. si servit. vind. l. 2. C. de servit. & aqu. l. 12. in f. C. de præscr. longi t. 9. temp. add. l. 5. §. 3. de s. in. & actu priv. l. 13. C. de servit. Quare & jurisdictio, quæ moribus nostris sæpenumero privatis ad instar patrimonii competit, & lucri aliquantum possessoribus conciliat, auctoritate majori penes regionis Dominum stante, eodem tempore adjicitur, uti benè ostendit Paurmeisterus. † Neque recipienda est dictio Wesenbecii, \* Stephani, \*\* Vinnii, † & cæteri Dd. vulgi, qui id quod diximus admittunt, si jurisdictio castro aut prædio adhæreat, negant, sin aliter se habeat. Idem multò magis asseras de operis hominum propriorum; cum alibi, nisi fallor, satis demonstratum sit, jus circa homines proprios ex superioritate territoriali non fluere. v. Frid. Hufan. \* D. Balthasarem \*\* & alios.

§. XLIV.

Successione legitimâ superioritatem territorialem devolvi est quotidianum. Ejus naturam passim explicant Scriptores Juris publ. Verum de successione testamentaria non est simile judicium. Cothmannus, \* Dauthius \*\* J. Cti Marpurg. † Reinking. \* & ab his laudati, negant eâ transferri superioritatem territorialem, quæ feudali schemate est induta, quorum sententia si vera est, magnam ruinam minantur brocardica, quæ produximus supra de degenerate feudorum regalium conditione. Docet tamen Reinkingius, \* Principum testamentaria,

\* 2. Resp. 41. \*\* Adl. fin. C. de part. gloss. 2. n. 16. de test. Princ. n. 253. † Vol. 2. conf. 25. n. 66. \* l. cl. 4. c. 17. n. 42. seq.

stamenta, quibus inæquales portiones liberis fuerint assignatæ, impugnata se non meminisse: an reverentia erga Parentes, an quia jure feudali 2. F. 45. ita constitutum creditur? Allodiam, ut ita loquar, superioritatem testamento relinqui posse, nemo est qui negat. Sed addenda exceptio, nisi pacto familiæ aliter fuerit provisum, quarum pactionum non pauca in Comitatus extant exempla. Ditionibus allodialibus seu mancipi æquiparantur feudales merè hæreditariæ, cui consequens est, de his testamenta confici licere. Exemplum est in Sereniss. Domo Brandenburg. quæ ex privilegio Friderici III. A. 1473. facultatem consequuta est, de feudis arcibus & urbibus liberè disponendi, apud Limnæum. † Adduci huc etiam solet Archiducatus Austriæ, sed non omninò appositè, nam ex antiquo Friderici II. privilegio \*ultimus saltem familiæ de illo pro lubitu statuere potest.

† Tom. add. p. 846.  
\* Limn. 4. Jur. publ. 2. n. 30.

Negant ea transferri superioritatem territ. ) Ex hoc capite infracta fuere testamenta Georgii Ducis Saxon. A. 1539. v. Sleidan. ad d. A. l. 12. Georgii Ducis Bavarix v. Crus p. 3. Suvl. l. 9. c. 13.

Quarum pactionum non pauca in Comitatus ) In pacto gentilitio ( Erb-Brüder-Vertrag ) Illustr. Comitum Stolbergenfium est, ne extra bona mobilia quicquam alienetur. Non dissimile est pactum, Illustr. Comitum Solmensium quod A. 1517. invicem inierunt. v. Sprenger. Ellychn p. 334.

§. XLV.

Quæ de testamentis statuimus, ad cæteras alienationes extra causam mortis applicari facilè possunt; nam par utrobique est ratio. Quod igitur Zasius, \* rerum nostrarum non imperitus scriptor, observavit. In Germaniâ Friderici constitutionem de prohibitâ feudorum alienatione malè custodiri, vel ad allodiales regiones, vel ad feudales his similes referri oportet. Equidem diffiteri non possumus, leges feudales satis mature vitium fecisse. Nam ita legitur in Constit. Frid. I. apud Radevicum: † Non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum & feuda, quæ Vasalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia obligaverant, & quadam collusionem nomine libelli vendiderunt, unde debita servitia omitebant & bonorum imperii nostri felicis expeditionis complementum minuebant; Postmodum cum bella civilia magis magisque incrudescerent, concidente regiâ authoritate non mirum est, jurisdictiones magis propriæ possessionis esse factas. Certè ut antea diximus tot regiones allodiales inde emerferunt, quæ tamen pleræq; rursus vel Imperio vel potentioribus

\* p. 9. de feud n. 22. conf. Klok conf. II. n. 146. 147.

† l. 4. c. 7.

G

regionum



regionum Dominis in feudum oblatae fuere, ut ex multis historiis est manifestissimum. Sed & hinc, nisi fallor, venit quod hodie regionum Domini particulas quasdam alienaturi, aut in feudum concessuri consensum Cæsaris vix requirere soleant, & territorio ex causa ad Imperium revoluto subfeuda non extinguantur. \* In universum tamen superioritatis territorialis, quæ feudi nexu tenetur, alienationem sine Cæsaris & familiæ assensu haut procedere omninò statuendum est. Illud non omiserim: Alienatione regionis vel oblatione in feudum, non videri actum, ut superioritas territorialis transferatur. \*\* deinde ut alienatio valeat, consensum civium seu Statuum Provincialium plerosque Consultorum Juris requirere. † Quamquam Besoldus tradat: universali Germaniæ consuetudine subditos & Vasallos etiam invitos alienari & simul cum territorio transferri posse. an ex vero, alii viderint.

\* Rosenth. s. 9. c. 44. Montan. de feud. l. 2. s. 4. \*\* Klock. cons. 13. n. 1. & seqq. rel. lat. Cam. 169. n. 132. † D. Mau. xiv. part. 2. cons. 1. n. 38. Myhl. de Princ. Imp. s. 25. §. 16. cons. 49. n. 133. cons. Klok. d. cons. n. 55. \* de confr. Sax. 1. n. 23. seqq. † ad 1. feud. 3. p. 354.

§. XLVI.

Singularis pacti species, quæ alienationem in futurum continet, seculo circiter XIII. introduci cœpit. Confraternitates hæreditariæ Erb. Verbrüderung (à qua distincta est pactio hæreditaria de mutuis auxiliis præstandis Germ. Erb. Vereingung Carpzov. \*) vocari consueverunt, quando inter Principes fuere inita: nam cæterorum potius pacta familiæ aut Ganerbinatus, Erb. und Stamm. Vereingung / Burg. Friede / Erb. und Stamm. Verträge nominantur. Hujusmodi pacta superstitem familiam deficienti subrogant, modo autoritate Cæsaris sint confirmata. Hodie anterioribus omnibus robur additum est, à Capit. Cæsar. Leopold. artic. 6. An autem nova Cæsar sua autoritate stabilire possit? quærit & affirmat contra Carpzovium & Guttichium D. Rhetius. † Ego cum Carpzovio libentius faciam, quoniam pacta de successione à solis regionum Dominis inita non valent, & ne Cæsar vacua Imperii feuda denuò conferat Capitulationes districtè prohibent.

A qua distincta est pactio hæreditaria de mutuis ) tam hæc quam illa inter Sereniss. Saxoniarum & Hassiarum Principes est inita, utriusque fœderis leges exhibet Carpzovius d. l.

§. XLVII.

Non satis est superioritatem territorialem his titulis acquiri, sed præterea, ubi feudalis est, requiritur investitura. Ab hac omnimodum administratio suspensa erat: Sed moribus invaluit, sola ferme



fucceſſionis vi regionem occupari, & ſuperioritatis jura exerceri,  
 poſtea majoris ſolemnitatis gratiâ investituram accedere. v. Illustr. D.  
 Eyben.\* Addunt aliqui \*\* ex conſuetudine Germaniæ, in filio etiam \* in elect.  
 ſine apprehenſione corporali poſſeſſionem rei feudalîs continuari. feud. c. 8.  
 Cæterum investitura, quantum ad Principatus aut Comitatus, di- n. 19.  
 gnitate Principali ornatos, attinet, ad hunc ſermonem modum in Aula \*\* v. Klok.  
 Cæſaris peragi ſolet. Primùm intra anni ſpatium renovatio investi- rel. 6. n. 43.  
 turæ demiffè peti debet, niſi ex indulgentiâ Cæſar ampliaverit. † † v. Rec.  
 Poſtea dies dicitur, ad quem vel Princeps, vel ipſius internuncius, Wormas.  
 diplomate legationis procuratorioque inſtrumento inſtructus, loco 1521. §. 4.  
 deſtinato ſe ſiſtit. Conclave aulæis magnifice ornari ſolet: hoc Cæ- conf. Reiz-  
 ſar niſi alium ſibi, uti ſolet aliquando, legaverit, intrat ſolemnive- king. 1. 4.  
 ſte indutus, & ſplendidâ Procerum Heraldorumque turbâ comita- 16. n. 56.  
 tus ſolium occupat. Sequitur Princeps, armis que depositis, prima  
 vice in ingreſſu, poſt aliquot paſſus alterâ, tertiâ demum ad medium  
 ſtrati tapetis in genua ſubſidens, deſiderium ſuum elaboratâ oratione  
 explicat, cui ut plurimum nomine Cæſaris adſtans Cancellarius re-  
 ſpondet petitoque deſert. Eadem ceremoniâ etiam legatus utitur,  
 niſi quod ad extrema tapetis ſubſidere & abſentiam Domini ſui ex-  
 cuſare, Cancellarius verò ægre quidem, ſed tamen excuſationem ab-  
 ſentiæ accipere ſoleat. Ita Princeps vel ejus legatus loco ſe tollens  
 ad pedes Cæſaris provolvitur, & duobus digitis tacto Evangelio,  
 quod Cæſar aperto capite ſuis cruribus ſuſtentat, ſacramentum præ-  
 eunte verba Cancellario enunciat; Cæſari & Imperio fidelem ſub-  
 ditum & præſentem fore, neque quicquam ſuſcepturum, quod  
 fraudi ſit Reipubl. Dicto ſacramento ſymbolum adhibetur. Inter  
 ſymbola olim Gladius, Sceptrum & vexillum erat. Per gladium  
 regna, per ſceptrum Eccleſiaſtici Principatus, profani per vexillum  
 conferebantur. Sed noviffimis temporibus valdè rarus ſceptri &  
 vexilli, frequens gladii & promiſcuus uſus fuit. Solet autem gladium  
 à Mareſchallo acceptum Cæſar porrigere, Vaſallus capuli porrecti-  
 conum oſculari, & ſubmiſſâ oratione prolixâque officiorum promiſ-  
 ſione fungi. Quo peracto Princeps vel internuncius, inclinato  
 ſemper in Cæſarem vultu, bis ut ante in genua provolutus reſſus-  
 que, lauto mox convivio excipitur. Tandem, ne actus memoria  
 pereat, Cæſar Principi literas investituræ dare & viciffim Princeps  
 Cæſari antapocham ejusdem argumenti reddere tenetur. Hic præ-  
 terea



terea Imperialis Aulæ officialibus certam pecuniæ summam ( taxam vocant ) exsolvet, nisi sit Elector *A. B. l. 29.* Et tamen Electores quoque donativa, quæ tantundem valent, præstare consueverunt. Episcopi verò & Prælati Augustanæ confessioni addicti, præter definitam summam, alterum tantum solvere sunt obstricti. *7. P. art. 5. §. 6.* cuius fortè ratio, quoniam nullas amplius annatas Romano Pontifici dependunt. Hæc de investitura Principatuum simplici. Est verò alia in nonnullis Regionibus recepta, quam simultaneam appellant, singularia nonnulla habens, cuius formam sub exemplo satis luculento Limneus \* descripsit. Comitatus, Baronatus & nobilia feuda non à Cæsare, sed Aulico iudicio conferri & à stantibus Vasallis excipi solent. † Adde die erneuerte Hoffraths - Ordnung *tit. 3.* Ratio investiendi, quæ in Aulis Procerum Germaniæ viget, admodum varia est, quæ proinde ex cuiusque regionis lege vel consuetudine petenda.

\* *Limn.*  
*tom 1. add.*  
*4. 7.*  
† *Reink.*  
*d. l. n. 19.*

Inter symbola olim vexillum erat ) v. multorum historicorum nomina, qui huiusmodi investituras descripserunt, apud Du Fresne *voc. investitura.*

Per gladium regna ) hanc differentiam prodit Otto Frisingens. *l. 2. de gest. Frid c. 5.*

Valdè rarus sceptri & vexilli usus ) non planè nullus, ut ostendit Limneus *tom. 1. add l. 4. c. 2. n. 32.* Investituram Mauriti Elect. Saxon. à Mamerano descriptam v. ap. Schard. *r. 2 script. Germ. p. 505.* Sleidan. *l. 20. Hist.*

Formula Sacramenti est ) *Ihro Käyserl. Majest. und dem Heyl. Reich treu/hold/geborsam/ und gegenwärtig zu seyn/ auch nimmehr wissentlich in dem Rath seyn/ noch einwilligen oder befehlen/ da ich was wieder Ihro Käyserl. Majest. oder das Reich gehandelt werde / in einigen wege · sondern dessen Ehr/ Nutzen und Frommen befördern und Ihn vor Schaden warnen.*

Et tamen Electores quoque donativa ) Non sine mysterio est, quod alicubi taxatores in apochis ponunt. Wegen der Regalien und Lehen über das Herzogthum N. ist taxa nihil, und allein nachfolgendes (quod sæpe mille florenos excedit) denen Hoff-Räthen abgestattet.

### §. XLVIII.

Potestas qua Domini Regionum gaudent, non est precaria, ut ex iis quæ diximus facile patet. *add. 7. P. art. 8. pr.* Nec est omnino summa, aut è diverso magistratus nomine competens \* sed, ut multæ juris in rem sunt species, inter utrumque fluctuans, & ex utroque aliquid trahens : cuius rei causa est, quoniam non civitas tantum, sed & Majestas subjectioque ex illo numero vocabulorum sunt, quæ Aristoteli

\* *Conf.*  
*Lamp. p. 3.*  
*de Rep. Rom*  
*Germ. c. 3.*  
*§. 8.*

Aristoteli *περὸς ἐν ἡ ἀφ' ἐνὸς* seu analoga dicuntur. Et sicut civitas Germaniæ, ita majestas, ita subjectio in partes scissæ sunt, quarum partium intuitu difformis apparet territorialis superioritas: nam summa est, & Majestatis æmula, in iis quæ summo jure propriisve auspiciis expediuntur: quinimo in ipsa subditorum bona & res boni communis causâ se porrigit, uti statuunt Knichenus, † Gailius, \* Carpzovius, \*\* & ab his laudati, quæ facultas, dominium eminens à Grotio vocatur. Magistralis verò est, ut ita loquar, seu fiduciaria in aliis, quæ à superiori Republicâ, in quâ primas obtinet Imperator, suspensa sunt, cum in subditorum homagiis Imperator & Imperium excipiatur. *v. R. A. 1555. §. 59.* Etsi autem pleræque Regiones feudi seu beneficii nexu Imp. simul devinciantur, tamen notandum, si modum habendi excipias, ab aliis quæ allodii seu pleno proprietatis jure tenentur vix differre, neque majora ferme heic quam illic servitia præstari. His cognitis non difficilis erit responsio ad quæstiones magno certamine inter Jctos agitari solitas.

\* *de jur. super c. 1. n. 177.*  
 † *2. obs. 57. n. 17.*  
 \*\* *2. Const. 33. def. 16.*

Majestatis æmula. ) Unde aliis analoga, aliis quasi Majestas audit, *v. Myhl. c. 14. §. 11. c. 30. §. 12. Struv. Ex. 3 §. 79. jus Majestatis inferioris Cordero de jur. Imp §. 40. sublime & regiū jus Knicheno. Status in territoriis regio quodam jure præfulgere, nec mercenaria aut temporaria exercere regimina, sed & jure proprio & perpetuo provincias & territoria sua administrare inquit Referens apud Tileman. de Benign. Decis. Imp. Synt. 4. Dec. 4. vol. 8 n. 34. Besoldus dicit, quando quidam Statibus Imperii tribuunt majestatem, id intelligendum esse de vi & effectu juris i. Pol. 4. n. 59. G. Ulicovius Lithuanus de elig. Reg. Polon. propof. 7. Principes inquit, Germania non minus quem Italia omnes etiam exteri inter ἀυτοχράτορας, entre les souverains, referunt, cum iis foedera ineunt, breviter, ut pares ut consanguineos colunt. Wicquef. l. 1 de l' Ambass. c. 4. ait Principes habere jura, qui les peuvent faire aller du pair avec les Souverains, & qui les mettent dans un rang, qu' ils ne sont obliges de ceder qu'aux Testes Couronnées. Nonnullos Principum titulo Majestatis usos ex Hoieri descriptione Germaniæ ostendit Jrenic. ad Bvrgold p. 1. p. 132.*

Magistralis verò ) hinc temperari debet Reinking. pronunciatum: Potestatem Principum & aliorum respectu Imper. & Imperii planè velut privatam esse. *conf. D. Hugo c. 6. de Sat. Reg. Germ. §. 4.*

§. XLIX.

Prima est. An Superioritas territorialis sit vicaria? Hoc plerique veterum, inter juniores Gailius, \* Stammius, \*\* Limnæus, † & alii asserunt. Errorem peperit opinio, quasi inter Majestatem & præfecturam procurationemve non detur interjectum quid; inde

\* *de P. P. §. 10.*  
 \*\* *de servit. pers. l. 3. c. 8. num. 1.*  
 † *4. J. P. 8. cum num. 8.*



cum viderent Majestatis vocabulum non quadrare, in alteram partem nimis exierunt: nam in iis quæ proprio jure exercent territoriorum Domini, vicaria potestas vix potest intelligi: Et si cæteris Vasallis utile, ut vocant, dominium solet attribui, quare tenuius jus Principibus Comitibusque in suis regionibus assignemus?

§. L

Secunda: an Domini regionum Imperat. & Imp. sint subditi? Id rursus Limæus, † Reinking, \* & alii indiscretè affirmant. Et sanè subditos esse ratione eorum, quæ à superiori Republica dependent, vel sola formula juramenti, quam supra recitavimus, indicat. Sed inde non conficitur, in cæteris quæ ex propriâ auctoritate haud obnoxie statuunt, eadem conditione censeri. Nam & in Cæpsov. fœdere clientelari ei qui superior imperandi, qui inferior est parenti vox interdum tribuitur, ut tamen summa potestas clienti suo modo salva maneat. quod probat H. Grotius. †

† d. l. c. 17.  
n. 44.  
\* 1. 2. 2.  
n. 72. adde  
Myhl. c. 14  
§. 18. & 93.  
Cæpsov.  
c. 13. ad L.  
R. sect. 6.  
num. 39.  
G. Ulicovius de  
elig. Polon  
Reg. prop.  
57. p. 219.  
sequ.  
† l. 1. c. 3.  
§. 21.

Et sanè subditos ratione eorum quæ à superiori) R. A. 1521. Ordnung des Land-Friedens zu Worms in pr. Entbietben allen und jeglichen unsern und des Heyl. Reichs Churfürsten/ Fürsten &c. Unsern und des Reichs Untertbanen. & passim alibi.  
Nam & in fœdere clientelari qui inferior est) sæpe hoc legas apud Historicos, apud Cæsar. l. 1. de B. Gall. 19. l. 6. c. 4. & alib.

§. LI.

Tertia. An Imperat. cum Principibus & Statibus Imperii in jurisdictione, ut loquuntur, concurrat? In qua iterum distinguenda sunt ea quæ proprio nomine Dominis regionum competunt, ab aliis quæ majori Reipublicæ debentur. Horum sanè aspectu vel Imperatorem vel Imperium regionibus Ordinum se intromittere manifestum est. Sic Imper. subditos ordinum testimonii dicendi aut litis causa absque ulla dominorum compellatione evocat: \* ad eundem modum etiam mandata, monitoria, & bannimenta, quæ vocant, in singulis ditionibus pro tempore promulgat. Contra, quoniam jus pœnarum ad dominos territoriorum spectat, subditus in Imper. maledicta jaciens postulanti Imper. non necessariò dendus est. Etsi aliud in l. un. C. si Imper. fuer. maled. statuatur, uti rectè opinatur D. Rhetius. † Fuerunt qui existimavere adventu Imper. Domini Regionis jurisdictionem cessare. Sed hoc falsum esse experientia docet. v. Bachovius.\*

\* Gail. i.  
obs. 95. n.  
16. obs. 92.  
num. 2.  
Ruland. de  
Commis.  
p. 1. c. 4. n. 6  
Paurm. l. 1.  
c. 27. n. 9.  
† Rhet. 1.  
Foud. 17.  
p. 430.  
\* 1. ad  
Trentl. 3.  
§. 6. lit. E.

Ad eundem modum etiam mandata monitoria & bannimenta )  
Hoc

Hoc de civitatibus imperialibus experientia testatur, sed in Principatibus à Principum præfectis eam promulgationem peragi solere observat Rein-king. 1. 5. 9. n. 46.

§. LII.

Quarta: An adversus regionum Dominos inajestatis crimen committatur? Verum non committi vel inde patet, quoniam nec veram, sed analogam majestatem habent. Quod verò in *A. B. tit. 24. §. 1.* statuitur Majestatis reos esse, qui Electores neci dare attentant, ad verbum fermè sumptum est, *ex l. 5. 7. & 8. C. ad L. Jul. Maj.* quæ idem de Consistorianis seu Consiliariis Cæsaris sanciverant. Sicut autem adversum hos principaliter & directò verum Majestatis crimen non committebatur, ita nec adversus Electores, aut cæteros Principes committi putandum est. Notat autem Sixtinus\* *\*2. de regni* se non meminisse, quod Electores tam asperam pœnam in Aurea *c. 20. n. 18.* Bulla dictatam sint exsecuti, quin etiam Electorem Palatinum lege *seqq.* latâ rigorem ejus pœnæ mitigavisse. Rectè; nam & *l. 5. C. ad leg. Jul. Maj.* auspiciis Eutropii nequissimi hominis lata est, ut Stiliconis conatus præpediret. Quod eruditè ostendit Jac. Gothofredus *pec. comment. ad d. l.* Quantò mitior est antiqua Saxonum Lex *tit. 3. Qui in Regnum vel Regem Francorum vel in filios ejus de morte consiliatus fuerit, capite puniatur.*

Capite puniatur) Benè Rolvvinc. *l. 1. de mor. Westph. c. ult. Apud veteres Germanos, inquit, per pauca fuisse judicia criminalia, in quibus pœna infligeretur corpori delinquentis, puta ob crimen læsæ Majestatis & similia.*

§. LIII.

Quintâ. An territorialis superioritas sit propria? Inane hoc *çytnua* videri poterat, nisi malè intellectum expeditumvè erroneis ut sæpè fit consequentiis, viam præstrueret.\* Si proprium opponitur mandato, quomodo J. C. i jurisdictionem aliam propriam aliam mandatam dicunt, indignum est quæri de nostris regionum Dominis, quorum potestas vulgari jurisdictioni immensum antecellit. Sin proprio intelligas, quod non est communicatum, vel concessum, dari potest, Respubl. feudales (alodialium enim alia ratio est) superioritatem propriam non habere *v. l. 4. ff. de Usufr. accres. & Franzkium, f. verum ita parum ancillatur illis, qui mixtam imperii Germanici Respubl. esse contendunt: nam Reges usufructuarios ἀνοτευθύνης esse nihil vetat. Ut de vectigalibus & clientibus nunc taceam. Interim propria vocari potest superioritas, si proprium*

\* v. Knichen. *de super. terr. c. 1. §. 373. D. Kulpis de legat. c. 6. §. 17. f. l. 3. resol. 7. n. 7. seq.*  
notat

notat quod suum cuiusque est, ut Non Marcell. seu quo quisque utitur ac fruitur ut Cicero finit.

§. LIV.

Sexta: An Domini regionum sint subjecti legibus civilibus?

*de supr.* Andiamus prius quid novellus scriptor \* hac de re sentiat: *Prin-*  
*Princ. c. 25* *cipes*, ait, *Imperii in iis quae merè personalia sunt, qualis est matri-*  
*28.* *monii obligatio, non nisi conscientia vinculo obstringuntur.* Et in alio  
 loco. *Principes Germania, quemadmodum omnes illi qui suprematum*  
*habent, soluti sunt legibus juris privati, prorsus quemadmodum iure Roma-*  
*no passim Imperator dicitur solutus legibus. Nec testamenta eorum nec*  
*hereditates alligantur statutis locorum, quidquid illi dixerunt, qui*  
*de jure in Brabantia differuerunt: valent eorum testamenta mero jure*  
*Gentium, quemadmodum testamenta militaria facta in procinctu. Et*  
*notabile est Caroli Austriaci Marchionis Burgaviensis testamentum,*  
*quod sine ullis testibus validum esse respondit Collegium Jctorum Tu-*  
*bingense apud Besoldum in Consiliis. Valet donatio inter virum & u-*  
*xorem Principes. Constitutiones juris communis, quibus renunciatio-*  
*nes filiarum arte circumscribuntur, & nonnunquam irrita redduntur,*  
*locum apud Principes non habent. Donationes ab illis factae insinuatione*  
*non indigent, licet quingentos solidos excedant, &c. Haecenus ille. Qua-*  
*estionis cardo in eò vertitur, quid Status Imperii voluerint; nam &*  
*Reges & liberi populi controversias suas aliquando sec. jura civilia*  
*dijudicari permiserunt.\* Voluisse autem se summittere legibus Ro-*  
*manorum privatis inde colligitur, quoniam iudices summorum*  
*tribunalium jus secundum ista reddere tenentur, & judicia inter*  
*Ordines Imperii ad modum privatorum judiciorum instituuntur.*  
*Accedit observantia quotidiana, de qua testantur Acta, Manifesta,*  
*Informationes, Deductiones, Relationes, Decisiones in causis Sta-*  
*† Gen. D. tuum Imperii haecenus evulgatae. Quare quod ab auctore, quem*  
*ab Eyben. modo adduximus, dictum est: Principes Germania, quemadmodum*  
*diff. de test. omnes illi qui suprematum habent, solutos esse legibus juris privati, uni-*  
*princip. Com. versaliter concedi nequit, nec allatis exemplis probatur. Eorum*  
*\* de feud. testamenta mero jure Gentium valere negant plerique Jctorum. †*  
*c. 12. concl. Plurima Electorum Ducum, Principum Comitum German. testa-*  
*10. conf. menta se vidisse & legisse ait Rosenthalius,\* in quibus testamentorū*  
*Mevius solennitares sollicitè & magnâ accuratione fuerint observata. Ut*  
*p. 2. ad I L. donationes inter conjuges apud Romanos vetarentur, peculiaris fuit*  
*s. 1. art. 2. ratio*  
*33. 64. seqq.*

\*v. Arth.  
 Duck de  
 auth. jur.  
 civ. Rom.  
 l. 2. c. 7. §.  
 12. 13. &  
 passim.  
 † Gen. D.  
 ab Eyben.  
 diff. de test.  
 princip.  
 Com.  
 \* de feud.  
 c. 12. concl.  
 10. conf.  
 Mevius  
 p. 2. ad I L.  
 s. 1. art. 2.  
 33. 64. seqq.

ratio v.l.1.1.2. & seqq. de donat. int. Vir. & Ux. ut mirum non sit, hanc & similes leges inter illustres imprimis personas non observari. Donationes si non revocantur ex eo, quod solidos quingentos excedant, consuetudo certè vel lex de Camera, uti appellantur, bonis non alienandis solùm sed & vindicandis valdè eas refrœnat. Sed nec illud simpliciter verum est *Principes Imperii in iis quæ merè personalia sunt, non nisi conscientia vinculo obstringi*: nam tutela utique personæ conditionem afficit, & tamen illam gerens ad reddendas rationes cogi potest. Si de matrimonio controversia incidat, inter Catholicos iudex sedet Pontifex Rom. V. Gylmannum. † Quoad Augustanæ professioni addictos equidem pragmatica sanctione nondum est statutum, quid hoc casu fieri oporteat: attamen usu frequens est, teste Mindano, \* Principem vel suo Consistorio omniprius fidelitatis nexu solenniter exsoluto, vel aliis arbitris consensu partis adversæ sublectis se subicere.

† Tom. 3.  
voc. matrim.  
\* c. 10. de  
prof. n. 2.  
Blum tit.  
43. § 16.

§. LV.

Ex jure ita constituto actiones fluunt. Nam populis communi iudicio utentibus, controversias suas bello terminare fas non est, ut supra docuimus. Actiones illæ vel proprietatem persequuntur, vel possessionis aut quasi causa comparatæ sunt: utraque rursus multas habent differentias, quas magna cura explicant Rom. juris auctores. Hi verò cum privatas tantum causas tractaverint, mirum est, quam sudent nostri, ut eorum disciplinam publicis causis accommodent. Equidem illud certum est, Dominos regionum rei vindicatione utili experiri posse; quia jure, quod dominio simile est, ditiones tenent, uti supra adstruximus, unde etiam feudis eadem actio aptata est. 2. F 8. pr. & 48. sed & actiones confessoria vel negatoria competent, si verum est quod Dd. affirmant, illas inutiles esse ad cætera jura incorporalia sive asserenda sive neganda, Enimverò indefinitam illam assertionem alii merito castigant, \*\* suprema Germaniæ judicia ita temperant, si jura illa speciem servitutum referant, ut judicata, quæ Rulandus † & alii consignaverunt, docent. Petitioni hæreditatis in superioritate territoriali, quæ allodii jure tenetur, locum facillè concedunt omnnes; verum ubi feudalis est, multo distinctionum apparatus responderi solet, non sine certamine: quanquam in hoc nisi fallor omnes consentiant pro feudo merè hæreditario hæreditatis petitionem

\* ad §. 2.  
Inst. de act.  
\*\* Vaud.  
1. var.  
quest. 27.  
Vinn. add.  
§. 2.  
† de comm.  
p. 3 l. 3. per  
tot. impr.  
c. 1. n. 4.  
seqq. conf.  
Vultej 2.  
conf. Marp.  
30 n 12.  
Sixtin. 1 de  
regal. 7. n.  
15. § 16.

H compe-



\*c.7.concl. competere. v. Rosenthalium. \* Si de finibus regundis controversa  
 6. 718 existat, actio finium regundorum locum habebit, v. Mynsingerum. †  
 Sixtin. d. l.  
 no. 23, 24. †6. observ. 25, 26, 27

§. LVI.

Possessioni adipiscendæ inservit interdictum quorum bonorum,  
 & regionum Dominis pro possessione ex jure successionis obtinen-  
 da utiliter applicatur. vid. Rosenthalium. \* Quamquam ut se habent  
 12. n. 51 judicia nostra longè conducibilius sit solerter invigilare, ne alius  
 commoda possessionis nobis prævertat. Ad possessionem retinendam  
 facit interdictū uti possidetis, quod non tantum ad corporales verum  
 etiam incorporales res pertinet, & proinde sive superioritati territo-  
 riali sive aliis juribus afferendis rectè adhibetur, quidquid Giphanius  
 \* & alii cauentur. v. Frider. Mindanum † Rulandum \* Sixtinum \*\*  
 † ad l. un. C. uti poss. † 7. c. 1 n. 12  
 \* d. l. c. 8 n. 9  
 \*\* d. l. n. 31 † Heig. ad §. 1 l. de vi bon. rapt.  
 qui de praxi summorum judiciorum testantur. Recuperandæ pos-  
 sessionis causa propositum est interdictum unde vi, quorsum etiam  
 referas remedium ex l. 7. C. unde vi cujus usum, post constitutionem  
 de pace publica emissam, Camera Imperialis præjudiciis firmat Ra-  
 phaël Seilerus in sent. Camer. conf. Heigium † & constitutiones de  
 pignorationibus, quarum supra meminimus.

§. LVII.

Ut rectè instituantur actiones opus est probationibus. Et Ro-  
 mano quidem jure in possessoriis judiciis suffecerit possessionem  
 probari, sed jure Canonico, quod hac in parte Tribunalia sequun-  
 tur, proprietatis causam aliquatenus immiscere permissum est, † non  
 sine incommodo quodam: nam evenit hoc modo, ut causa posses-  
 sionis in multos sæpe annos comperendinetur. Quare per mores fa-  
 ctum, ut lite licet super possessionem instituta, de proprietate sen-  
 tentia feratur. conf. Ludolph. Hugon. \*

§. LVIII.

Modus probandi vel artificialis est, vel rudis, ad illum præsum-  
 ptiones, ad hunc instrumenta & testes pertinent. Inter præsumptio-  
 nes frequentissima est, quæ sumitur ab exercitio jurium superiorita-  
 tis territorialis: e.g. hic leges fert, tributa inducit & remittit, ad mi-  
 litiam, quando opus est, evocat, concilia provincialia cogit, & ita  
 porro. Ergo superioritatem territorialem habet. \* Verum enim ve-  
 rò, non est hæc præsumptio earum virium, ut probatio contraria  
 non

† V. plur. Knichen  
 c. 5. §. 37  
 seqq

\* a. ult. §. 3

\* Knichen.  
 Encyclop.  
 a. 4. & seqq.



non admittatur : nam si adversa pars vicissim alleget, ista vel ista jura sibi competere, Resp. vel mixta vel imminuta esse poterit.

§. LIX.

Instrumenta sunt varii generis, nam præter ea, quæ commune Imperium attinent, qualia sunt matricula, Acta Comitiorum & alia, etiam singuli regionum Domini sua habent tabularia, in quibus certa serie, & loco disponunt diversi argumenti scripturas. g. g. La-gerbücher / Landschaffbücher / Urbarin. Rauff. Steuer. und Zeh- en- Bücher. His omnibus non solum contra subditos, sed & externos <sup>\* c. 67. de Pr. Imp. §. 4</sup> plenam fidem haberi vult D. Myhler. \* In testimoniis hoc singulare est, quod etiam subditi pro Dominis audiantur, si prius sacramento, <sup>† Carpz. 1. c. 16. def. 64</sup> quo deviniuntur, sint exoluti: idque per consuetudinem obtinet, <sup>† c. 16. def. 64</sup> aliter quam apud Romanos, qui domesticos imò omnes eos quibus imperari poterat, ut testes fiant, à testimonio repellabant. <sup>l. 6. ff. de Mod. Pilt. 1. cons. 7 n. 25</sup> *Testib.* ut rectè hoc definit Balsamon in *Concil. Carth. c. 122.*

§. LX.

Nunc consequentia superioritatem territorialem consideremus, existimationem scilicet, titulos, & insignia. Existimatio quam habent regionum Domini, spectatur vel ad Imperatorem, vel ad externos, vel ad sui ordinis personas. Quantæ apud Cæsarem sint existimationis Principes regionum Domini ex eo intelligi potest, quod coram ipso caput tegant. <sup>add. A. de Stat. Ferd II. \*</sup> <sup>\* A. de Stat. Ferd. II. c. 3</sup> Coram ipso caput tegant) Idem jus Gallia Duces habuerunt, sed qua ratione abolitum sit v. ex Victor. Siri *Journal des sçavans ad A. 1677.*

§. LXI.

Electores Regibus præsentibus cedunt, eorum Legatis non cedunt, cum Cardinalibus de præcedentia disceptant, de quò vide Joh. <sup>\* add. Puffend. diff. de existimat. tom. 5 l. 2. p. 310 seq. conf. Diar. Eu- rop. † l. 10. c. 3 \* Pallav. l. 17. Hist. concil. Trid. c. 4</sup> Freinshemii Diatribas. \* Legati Electorum legatis Rerum publicarum eandem movent controversiam, eaque cum Venetis in actione pacis Monast. exorta & variè versata hunc exitum habuit: Ut Episcopus & Regum Legati utrosque ex æquo tractarent. v. Victor Siri, <sup>\*\* qui rationes melius consignavit quam Priolus, † is enim ridiculè ait: Venetos tot seculorum firmitate gaudentes, semper sui juris, vix Deum supremum agnoscere: Electores Imperatoris quidem creatores statim creato inservire. conf. Cap. Leop. art. 5</sup> Et quid miremur de Electoribus, cum Ducis Bavariæ nondum Electoris Legatus in Con- mitio Tridentino Venetorum, \* Ducis Neoburgici Legatus in con- ventu



**\*\*Diar.** ventu Bilfeldensi 1671. **\*\*** Hollandorum Legatis concedere renu-  
**Enrop.com-** erint. Cæterum ex jure mittendi Ambassadors, de quo supra dixi-  
**tin. XXII.** mus, sponte sequuntur, quæ adjuncta sunt illi dignationi: Legatos  
 postremum venientes à cæteris qui primi venerant visitari. Visum  
 venientes in ædium vestibulo excipi, gradus prærogativa honora-  
 ri, & similia, quæ præcedentibus seculis vel ignorata, vel parum sta-  
 bilita, nostro harum rerum curiosiore sollicitius ordinari observari-  
 que incipiunt.

§. LXII.

Electores cæteros Principes etiam potentissimos antecedunt,  
 sed non eorum Legati, præterquam in consessibus Comitiorum. v.  
**\*p. 2. c. 5** A. der Grundf. des Röm. Reichs. \* ubi refert quæ in Comitibus A. 53.  
**p. 112. seqq.** hac de re fuere acta. Ipsi Principes, Comites, singuli inter se de præ-  
 cedentia variè disceptant, quæ tamen lites ita plærumque expediri  
 fuerunt, ut partes vel alternas vices pacifcantur, vel edicant, quæ  
 aguntur præjudicio sibi aut fraudi haud fore. Illud per A. B. c. 25.  
 §. *quandocunq;*, definitum est, ut Electorum Legati personis Ele-  
**† Myhl. c.** ctorum cedant: idem in reliquis etiam Principibus observari cer-  
**13. de Pr.** nimus. †  
**Imp. §. 21.** Singuli inter se de præcedentia valde disceptant ) de controversia,  
**22.** quæ Civitatibus Imperial. cum Nobilitate libera in actione pacis West-  
 phal. intercessit. vid. Sini. Tom. 5. Merc. p. 410. & Oldenburg. p. 1. D. 22.  
 §. ult.

§. LXIII.

Pervulgata est doctrina, † Principes, Comites & Barones digni-  
**† illust. D.** tatis regalis esse compotes, quæ civitates Imper. & nonnulli ex No-  
**Kyben c. 10** bilitate immediatâ, aut, si Sixtinum \* audimus, omnes omninò no-  
**Blecl. §. 9** biles careant. Dignitatem autem regalem definiunt, \*\* *quæ ab Imp.*  
**oxir.** *cum eminentiore charactere confertur.* Quæ Philosophia sine dubio  
**\* 1. de re-** ex Italia manavit: nam in Longobardico regno Duces erant, qui  
**gal. 4 n. 92** Ducatum, Marchiones qui Marchionatum, Comites qui Comita-  
**\*\* Reink.** tum à Rege in feudum acceperant. Capitanei qui à Rege aut Du-  
**1. 4. 16. n. 1.** ce Marchione Comiteve plebem plebisve partem. Valvasores qui à  
**seq. conf.** Capitaneis, Valvasini qui à Valvasoribus acceperant. v. 1. F. 14. & Si-  
**Myng. de** gonium. † Quamobrem valde dubito, an Imperio nostro aptè ac-  
**sup. terr.** commodetur. Sanè cum Nobiles immediati & Civitates Imperiales,  
**§ 12** dignitatem suam æquè Cæsari acceptam ferent, cur dignitate regali  
**† 1. 7. ad A.** care-  
**973**

carere dicantur, ignorare me fateor: conf. quæ contra communem errorem jamdudum disputavit Generosiss. de Gemmingen in Consultatione pro Nobilitate libera apud Besoldum. \* Interim concedo, dignitatem regalem esse, modo aliter, quam fœvit hactenus, ex- plicetur.

§. LXIV.

Tituli distinctè considerandi sunt, quatenus eos regionum Domini vel sibimet ipsis sumunt, vel ab Imperatore, exteris, sui ordinis personis aut subditis accipiunt. Proceres Ecclesiastici à longis temporibus titulum DEI gratiâ usurparunt, sic tamen ut pietatem magis quam auctoritatem præ se ferrent. In privilegio Dagoberti A. 546. est ap. Lehman. \* Cunibertus gratiâ DEI Episcopus in charta sub Pipino exarata. \*\* Audomarus Abbas in DEI nomine in alia sub Carolo M. ap. Browerum. † Ego Lullus DEI gratiâ Moguntina sedis ArchiEpiscopus Chart. A. 910. Hatto DEI gratiâ & Misericordiâ dispensante Moguntiacæ Ecclesiæ ArchiEpiscopus. ap. Brow. \* Et in subscriptione Ego in DEI Nomine Hatto ArchiEpiscopus & Cancellarius. In alia A. 1083. Ego Wilhelmus nullis meis meritis sed sola DEI misericordia Cœnobii Hirsaugiensis Abbas in chartis A. 1124. 1127. 1130. apud Trithem. \*\* Adelbertus ArchiEpiscopus Mogunt. promiscuè titulo Dei gratia & Dei misericordia utitur. Sed procedente tempore cum Pontificis Romani auctoritas increaseret, non raro additum Apostolicæ sedis gratiâ. Prophani pariter Principes quin & Comites Nobiles, uti Generos. D. ab Eyben † ex chartis sec. XII. & seq. scriptis ostendit, titulo Dei gratiâ diu usi sunt. Singulare autem est, nec alibi invenias, quod in Chart. \* A. 1128. Conradus de Zeringen, Dei & Imper. gratiâ, in alia 1187. apud Goldastum, \*\* Ego Bertholdus, Dux & Rector Burgundia, Dei & imperiali gratiâ, legitur. Quoniam Duces illi titulum sine re gerebant. v. Otton. Frising. † & fragm. histor. incerti auctoris. \* Proximis seculis titulus DEI gratiâ Principibus asseri, & à paucis in ordine Comitum retineri, quin etiam à potentioribus illustrioribusque omitti capit. v. Gener. D. ab Eyben. \*\* conf. Klok. † de Abbatibus. Post Henricum IV. invaluit, si Guillimanno \* credimus, ut nomina Regionum apponerentur, qui

\*usc.  
Reichsstand.

\* 1. Chr. Spir. 2

\*\* ap. Vadian. de monast. l. 2

p. 56

† l. 3. Fuldens. An- tiq. c. 11

\* d. l. c. 16

\*\* in Chron. Sponh. & Hirsaug.

ad d. A. † de regul. tantum potest Prin-

ceps. c. 9

\* Gylm. 2. rer. Helvet.

† Alem. tom. 1. p. 1

p. 215

† de gest. Frider. 1

c. 9

H 3

mos

germ. script. \*\* tit. Nobil. § 26 † conf. 3. annexo de cons. de cons. 50. num. 76 \* 3. Habsb. 70



nos in hodiernum diem constantissime durat, nisi quod Sereniss. ac  
Celsiss. Brunsvicenses ac Lüneburg. Duces duorum Ducatum,  
quibus viginti & amplius Comitatus inserti sunt, nomina adscripsisse  
satis habent. Profani Principes, Archiepiscopatus vel Episcopatus  
nacti, titulos & nomina hereditiarum regionum apponunt, non  
Saxin. 2. 4. 2. 127. \*  
Saxin. 2. 4. 2. 127. \*  
vel Baronatum omittunt. \*

§. LXV.

Quibus titulis ab Imperatore maectentur diligenter exponit A.  
de statu Ferd. II. \* Hoc insuper, inquit, auctarii loco observandum,  
Cæsaream Majestatem in literis suis Electores sacre Rom. Imp. Ec-  
cles. Reverendissimos, seculares v. Serenissimos nuncupare, eosque  
omnes ut & Regentem Lotharingæ titulo *Vestra dilectionis* saluta-  
re, cæteros seculares sacri Imperii, de facto seu reales Principes,  
ut Comitem Palatinum Neoburg. Ducem Wurtembergæ, & alios  
*quam dilectionem* in scriptis vocare, (cum titulo Hochæobhren ra-  
rius enim *Durchleucht* adjicit) Ecclesiastici Imperii Principibus, ut  
sunt Archiepiscopi, Episcopi, ac nonnulli Abbates, ac Abbatissæ,  
cum nati non sint Principes, titulum *tua devotionis* tribuere. Na-  
tis vero Principibus, *tua devotionis & dilectionis*. Notandum verò  
quod Cæsarea Majestas nulli Archiepiscopo seu Episcopo Imperii,  
nisi prius vel investituram vel indulgentiam aliquam ab eâ obtine-  
rit, titulum Principis tribuat, exceptis iis qui nati sunt Principes,  
Comitibus Imperii hunc fere in modum scribere solet, *Nobilibus*  
*nostris ac sacri Romani Imperii Comitibus ac dilectis* &c. iis scilicet qui  
peculiares honoris prærogativas seu decreta Cæsarea majoris tituli  
consecuti non sunt. Civitatibus Imperii: *Honorabilibus nostris ac*  
*sacri Romani Imperii fidelibus dilectis* &c. Nobilibus Imperii: *No-*  
*stris ac sacri Rom. Imp. fidelibus Dilectis. Circuli Imperii Franconici*  
*Equestribus ac Nobilibus* &c. Ac similiter aliis mutatis mutandis.  
Eis verò qui ordinis cujusdam sacri Equites sunt; Reverendis no-  
stris ac Sacri Rom. Imperii: &c. Huc usque dictus Auct. Adde Electo-  
res Ecclesiasticos Nepotes ( *Neuen* ) Profanos Consanguineorum  
( *Oheimb* ) compellatione salutari, cujus initia hæctenus in occulto  
latent; Illud ex veteri more residuum est, quod Comites Barones  
Nobiles ab Imp. tibizentur.

Electo-



Electores S. R. Imperii Ecclesiasticos Reverendissimos) *Hochw*  
*würdig/* olim Electores hunc, ceteri reverendorum seu honorabilium  
*Ehrwürdig* titulum ab Imperat. consequiebantur. v. *Limn. ad A. B. c. 3.*  
*§. 2. observ. 1.* Adhuc à Carol. V. Electores Ecclesiastici *Ehrwürdig* cum  
 adjuncto *deiner Liebden* compellabantur. v. *Hortled. vom Teutsch. Kr.*  
 p. 1540.

Seculares v. Serenissimos nuncupare) olim illustres *A. B. c. 3. §. 1. c. 5.*  
*§. 1. & 2. c. 7. §. 2. c. 8. in pr. c. 10 c. 30. §. 1. Capit. Caroli V. Princip.*

Abbates ac Abbatissæ cum nati non sunt Principes) olim titulo  
*venerabilis* honorabantur. v. *Chartas apud Gener. ab Eyben. de tit. nob.*  
 ad §. 12.

Iis scilicet qui peculiare honoris prærogativas seu) apud eundem  
*A. p. 272.* est diploma, in quo Comiti novè creato generosissimi titulus  
 tribuitur. Addendum titulum *Hochgebühren* 130. aureis florenis, *Wohl-*  
*gebühren* 100. aur. flor. emi, & simul scribis honorarium aliquod qua-  
 draginta vel triginta aureorum florenorum præstari.

Civitatibus Imp. Honorabilibus &c.) vetus hoc est v. *Lehman. 4. Ch.*  
 sp. 13.

Nobilibus Imperii: Nostris ac S. R. I. fidelibus) titulus *Edel/ A. 1659.*  
 inter cætera privilegia tributus est.

Profanos consanguineorum *Obheim*) eadem compellatione erga alios  
 Principes non semel usus est Ferd. II.

§. LXVI.

Exteri Reges, quando Germanicè scribunt, Principes *Fuer Liebden* *Furstner de*  
*den/ Rex Polonia & Dux Venetus* latinè fratres vocare solent. Gal- *supr. Prins.*  
*liæ Rex Electores* à cæteris Principibus distinguit, cujus rei initium *c. 24*  
 tempore pacificationis *Monaster.* est positum, cum Rex negato ante  
 Majestatis titulo ab Electoribus cultus, hanc ipsis gratiam vicissim  
 faceret. Serenitatis titulus Archiducibus Austriae jam diu tribu-  
 tus hoc seculo ab Electoribus, & reliquis Principibus eò delicatius  
 haberi cœpit. Cum A. hujus sec. IX. Magni Hetruriae Ducis Lega-  
 tus, ut eos hoc titulo frustaretur, variè illusisset, & postea famoso  
 libello publice traduxisset Eremita Belga Legationis comes.

Principes *Fw. Liebden/*) in literis credentialibus legati Tartarici qui nu-  
 per ad Sereniss. & Potentiss. Elect. Brandeb. ivit, legimus: *Auf Freunds-*  
*und Brunderschaft.*

Latinè fratres vocare solent) jam olim Reges sese invicem compellabant  
 fratres. v. *D. du Fresne not. ad Alexiaden* sed ab Imper. Rom. etiam Præsi-  
 des provinciarum eò titulo honorabantur. Occurrit sæpe in Theodo-  
 siano

Sancti Codices & Novell. item in Justiniani Nov. l. 1. & apud Cassiodorum.

Serenitatis titulus Archiducibus Austriae jam diu tributus) cum in actione Pacis Bononiensi in mandatis Regni Angiae Archiduci Alberto, Illustrissimi, non Serenissimi titulus deferretur, Legati Regis Hispaniae tractatum pertinaciter averfati sunt, nisi in autographo Reginae, ubicunque Archiducis mentio fieret, Serenissimi titulus apponeretur. Camden. Hist. Elisab. ad A. 1600. Sprenger de font. jur. publ. c. 20. Ducem Bavariae hunc titulum inter primos nostrae aetate sumpsisse asserit: quod facile revinci falsitatis potest: nam in literis reverfalibus An. 1279. Gothofridus Comes Seimensis Comitem Palatinum Dominum suum Serenissimum vocat. v. Freherum ad Gevvold. antheite sin epistolae responsoriae.

§. LXVII.

Electores à cæteris Principibus non Clementium Dominorum Euer Gnade sed Dilectorum Euer Liebden/compellatione salutantur, quanquam Archiepiscopus ab Episcopis etiam ista nonnunquam coli observet Reinkingius. \* In actione pacis Westphalicae Electorales legati à cæteris Excellentiae titulo compellari volebant. Momenta disputationis diligenter exposuit Auctor Histor Pac Westphal. cui uti ingenium & eruditio defuit, \*\* ita optandum fuerat, ut Vitt. Siri Tom. tertium & quintum Mercurii & Londorpii tom. quintum Actorum publicorum, quippe locupletando elegantissimo operi valde opportunos, adhibuisset diligentius. Civitates Imperiales & Nobiles immediati in literis ad Principes etiam subjectos & subjectissimos se profitentur. Unde verba Unterthänige/ Gehorsame/ superioritatem arguere negant Knipschild † Bruning \* & Besoldus: \*\* quod admitto, ubi alia signa non concurrunt. Plura de titulis afferre non patitur institutum nostrum, nam ut scitè ait doctissimus Freinshemius: *Ea, inquit, est rerum humanarum mutabilitas, ut nomina summis rerum hominumve tributa tractu temporis sensim devolvantur ad infimos. Nam ut quisq; propior cuidam dignitati sibi videtur, ita nomen ejus affectat: & cum hoc à multis sit, tanquam sede sua emotum transfertur ad viliores, dum ii, qui primum gesserunt, cernentes fraudi sibi esse, si quos ordine antissent nomine non distinguantur, nova subinde vocabula excogitant: donec omnibus exhaustis, tandem redeunt in orbem. Atque idem in vestitu animadvertas: ut illustrium pompam imitetur Nobiles, horum plebeji: donec illi abstinent profanato & vulgato jam cultu, aliumque inceperint, idem mox passu-*

3. de Reg.  
3. Eccl.  
2. 3. 28  
2. 2. c. 43  
44. 45. 46.  
47. 69  
† 1. de civ.  
Imp. 12. 83  
seq.  
\* de var.  
in spec.  
§. 35  
\*\* Besold.  
de Rep. sub  
9. 2. n. 2. &  
voc. gnā  
dige Herr  
schafft.  
Freinsh.  
l. 6. ad  
Curi. c. 7  
n. 13

*passuram.* Idem sanè in Germaniâ nostrâ usuenisse non uno Specimine jam demonstravimus, & in compendio docet Munsterus: *Egl. 3. c. 20.* ist vor Zeiten der Titel des Adels allein geben worden den Fürsten und grössten Herrn/ wie noch der Pappst im Brauch hat/ daß er allein den Herzogen schreibt / der Edle Herzog zu Sachsen und Bayern. Der ander Adel unter den Fürsten hat vor Zeiten andere Nahmen gehabt / nemlich semper-Freyen / Mittel-Freyen. Semper-Freyen sind die höchste Freyen gewesen; Mittel-Freyen die Rittermässige die man Dienstmänner und Edelknecht hat genennet. Unter Freyen sind die freyen Bürger und freye Landsassen gewesen. Der Fürsten Söhne haben geheissen Edel-Herren/ Ihre Gemahl: Frauen/ ihre Töchter Jungfrauen / so man jetzt Fräulein uennet &c. mox alsbald haben die Graffen ein höhern wollen haben/ da die Freyen ihren ersten und alten Titel (die Edlen) behalten haben/ und genennet werden/ die Wohlgebohrnen / die Fürsten / so im Stand über die Graffen waren / wolten auch ein höhern Titel haben / und genennet werden die Hochgebohrnen/ allein die Freyen haben ihren Titel behalten die Edle/ (hodie pari cum Comitibus incedunt) welche Titel noch bey unsern Zeiten ein jeder Edelknecht haben will. De insignibus aliquid adjicere supervacuum putamus, cum in medio sint limatissimi labores Viri maximè Reverendi D. Speneri.



COROLLARIA.

**I.**  
**JUS**, non Tyrannis, non merum factum *1. Sam. 8.* describitur, idque præter H. Grotium, etiam nostratium Theologorum nonnullis placuisse vidè. Verùm largè errat Salmasius in defensione Regiâ, dum hoc jus ad alios omnes Reges protensum ivit, quasi quod apud Hebræos fuit justum, apud alios injustum esse non possit.

**II.**  
 Israëlitaæ Ægyptiorum vasa aurea & argentea secum asportantes furtum non commiserunt.



III.

Judicium Salomonis *1. Reg. 3. v. 24.* utut ex eventu laudandum, firmâ & infallibili probatione subnixum non fuit.

IV.

Civis innocens, si ab hoste ad exitium poscatur, modo non fiat temerè, deserì potest.

V.

Necessitas excusat vicini arces occupantem.

VI.

Episcopos Germaniæ & Abbates contra canones Veterum bello interesse illasâ conscientia posse, defendemus. Sub Francis autem & Saxonis Imperatoribus jam militaria obivisse munia facillimum probatu est.

VII.

Illorum opinio non est admittenda, qui existimant contra Principem, quamvis injustum, subditos bellum movere aut Imperantem Majestate exuere, sive è fastigio regio deturbare posse, quicquid etiam in contrarium statuat Miltonius.

VIII.

Non est ptobanda argumentatio Bodini: fœdera ad Regum successores non pertinere; quia Juramenti vis, personam non egrediatur.

IX.

Verbis etiam impersonalibus injuria committi potest.

X.

Si literæ ad alium datæ, in mei contumeliam loquantur, ajo ex iis injuriarum actionem posse institui.

XI. Chi-



XI.

Chiromantia (si modo ars est non vanissimi cujusque hominis ludibrium) perito ex figuris in manu cujusdam e.g. virginis probrosum, nescio quid, divinanti injuriarum actionem intentari posse nego.

XII.

Judex per *l. 51. ff. ad l. Aquil. it. Nov. 30.* obligatus est, incumbere, ne delicta mancant impunita. Abominabilis vero est nequitia, si Judex ipse, in damnum partis læsæ colludens, nefaria parti suggerat consilia; quibus probanda remoretur & immane facinus colore quodam velet.

XIII.

Confessio moribundi non semper sufficiens indicium ad torturam præbet.

XIV.

Propter facinus insigne, juris quidem sed non æquè facti infamia tolli potest. Tiraquell. *de jur. constit. poss. limit. 3. num. 10.*

XV.

Jus Canonicum apud nos non ex Pontificis præcepto, sed ex usu, quatenus voluntariè receptum, juri civili in certis materiis prævalet.

XVI.

Uxori, ob dotem, in feudo jus tacitæ hypothecæ non competit.

ERRATA POTIORA.

p. 7. lin. 24. leg. *dictum*, p. 9. l. 9. *an profana*, adde, *sint*, p. 19. l. 20. leg. *hinc* p. 25. l. 23. leg. *censum*, p. 25. l. 23. leg. *conditionis melioris*, p. 47. l. 23. *atque*, l. 26. leg. *societatis*.

Qui

**Q**ui certis terras distinguis finibus am-  
 plas,  
 Et docto abstrusis pectore jura doces,  
 Magna facis ; nam regna locas , pacemque re-  
 ponis  
 Sublatam ; eximiis regibus apta facis.  
 Fallor ? an hoc uno minor es, quod finibus ipse  
 Plus ultra meditans, destituare tuis.  
 Hæc est majorum felix fabella tuorum,  
 Et decet hæc Curios Fabriciosque graves.

Profapiâ pariter ingenioque Fabriciorum  
 inclyto inclarescenti,

*Nobilissimo Domino FABRICIO*

Præclarum id eruditionis specimen  
 gratulab.

**PHIL. LUDOV. HANNEKENIUS, D.**



99 A 6917


ULB Halle 3  
002 546 884




10

Vj 17 Retro ✓







N<sup>o</sup>: 1. DISSERTATIO  
DE  
SUPERIORITATE  
TERRITORIALI,

*Quam*  
IN  
ILLVSTRI HAC LUDOVICIANA,  
SUB  
MODERAMINE

VIRI NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI,  
DN. JO. NICOLAI HERTII,  
JURIUM LICENTIATI, ET PROFESSORIS  
MERITISSIMI.

ERUDITORUM CENSURÆ PUBLICE SUBMITTIT.

*Ad diem 16. Novembr. A.MDCLXXXII.*

JO. CONRADUS FABRICIUS.



GISSÆ HASSORUM,  
Literis Academicis KARGERIANIS.